probandiq[ue] constantiæ ac excelsi animi ampliorem illustrioremq[ue]
campum haberet, eum Castellanatu condecoran[dum] esse censuimus. In
qua dignitate constitutus, cum nihil tam difficile aut arduum existi-
mauerit, quod non dignitatis nostræ Regiæ tuendæ, ac boni Communis
promouendi, animo excelso aggrederetur, promptumq[ue] illi ac prudens
in expediendis Reipub: negotijs consilium esset propius lateri meo ad-
mouen[dum] esse duximus, atq[ue] illi Castellanatum Zawichosten[sem], euectione ad
thesaurariatum Regni Magnifici Hermolai Ligęza vacan[tem] conferen[dum] esse du-
ximus, prout conferimus præsentibus literis nostris, per eum quoad eminentio-
rem dignitatis Senatoriæ gradum assecutus non fuerit, tenen[dum], et cum
omnibus iuribus et prærogatiuis huic Castellanatui de iure et recepta consue-
tudine seruien[tibus] possiden[dum]. Quod omnibus et singulis, quorum interest, præsertim
vero dignitarijs, Officialibus, ac Vniuersæ Nobilitati Palatinatus Sen-
domirien[sis] notum esse volumus, mandan[tes] vt præfatum Generosum Nicolaum Po-
rembski de maiori Porembie pro vero et legitimo Castellano Zawichosten[si]
habeant et agnoscant, eiq[ue] de loco, iuribus, prærogatiuis et obuentionibus
Vniuersis ad hoc munus ex antiquo spectan[tibus] respondeant et responde-
ri curent. Pro gratia nostra. In quorum fidem. Datum Varsa-
uiæ die Vndecima Mensis Februarij Anno Domini Mille-
simo Sexcentesimo Vigesimo Quinto. Regnorum nostrorum

Sigismundus Rex — Petrus Gembiczki

Archimandrictwo Manastera Pieczorskiego Swiętey Przeczystey Wielebnemu w Bodze Oycu Zachariaszowi Kopystinskiemu conferowane.

Zygmunt Trzeci, Krol Polski Wielkie Xiążę Litewskie Ruskie Pruskie, Mazowieckie Zmudzkie Inflantskie a Szwedski Gotski, Vandalski. Dziedziczny Krol. Wszem wobec y kozdemu zosobna, komu by to wiedziec nalezalo oznaimuiemy, Bili nam czolem Oycowie Starcy Kliroszanie zastępnici y wszyscy Bracia Czerncy Capitula Manastera Swiętei Przeczystei Pieczorskiego Kiiowskiego abychmy im namieisce wielebnego w Bodze Oyca Helisseussa Pleteneckiego Archimandryta Manastera Swiętei przeczystei Pieczorskiego Kiiowskiego ztego swiata swiezo zeszlego natę Archimandrytią Kiiowską Pieczorską Wielebnego w Bodze Oyca Zachariasza Kopystenskiego podali y stwierdzieli. My tedy Hospodar maiąc wzgląd na czolem bicie pomienionych Czerncow y wszystkich braci Czerney Capituly Manastera Swiętey Przeczystey Pieczorskie Kiiowskiego pomierzionego Wielebnego Oyca Kopystenskiego za ktorem oni nas prosieli natę Archimendrytią Swiętei Przeczystei Monastera Pieczerskiego Kiiowskiego tem listem naszem podaiemy y vtwierdzamy y ten Manaster y Archimendrytią Pieczorską Kiiowską Cerkwie Naswiętszei Bogarodzica Panny Mariei dozywotnie daiemy zewszystkiemi placy, dochodami, y pozytkami, zamkami Miastami folwarkami naięmosciami y polami slugami y ludemi Cerkiewnemi y dannemi y cięglemi, y daninami pienięznemi y miodowemi y hony bobrowemi y kuntcami y zewszytkiemi co przedtem zdawna kuthey

Archimandrytiei Monastera Pieczorskiego przysłuszali y przychodzie to iako Antecessorowie iego Pierwszy Archimendrytowie Pieczorscy od Przodkow naszych y nas samych dzierzeli - Ma ten pomieniony Wielebny Zachariasz Kopysteński Archimendryt wtem Monasteru Pieczarskim obszernie żyć ywedług Canonow y prawidł Swiętych Oycow porządkiem nabozeństwa Greckiego sprawować się y rządzić y Czern cow przy Cerkwi Głowny w Monasteru Pieczerskim, takze y duchowieństwa do Paraphiei y Monastera Pieczorskiego zdawna przysłuszaiącego, aby swiątobliwie podlug Porządkow Zakonu Greckiego zeli przestrzegać, a zanas Hospodara y Naiasnieiszą Panią Małzonkę y potomstwo nasze Pana Boga prosić, a Wielmozny Woiewoda Kiiowski y Vrząd iego tamtezni, teraz y zczasem będący niema wniwczym iego zaizać y maiętnosci płaty ywszytkie pozytki Monasterskie niwco się niewstępować bowiem tesze Wielmozny Woiewoda Rycerstwo y Obywatele Woiewodztwa Kiiowskiego wta kowyze poczciwosci y poszanowaniu iego dzierzec iako y przodkowie iego pierwszych Archimandrytow Pieczarskich - Amy tez onego przy tei Archimandrytei Pieczarskiei ywszytkich imionach y pozytkach iei dokąd żywota iego stawać będzie zachowany wcale iednak prawa zwierzchnosci nasszey y Rzeczy pei zostawuiąc - Naco dalismy ten list nasz spodpisem ręki naszei do ktorego pieczęć Koronna zawieszona iest Dan w Warszawie dnia Siodmego Msća Lutego, Roku Panskiego Tysiąć Szescset Dwudziestego Piątego - Panstw naszych

Sigismundus Rex

Petrus Kozminski

Burgrabiatus ~~Torunensis~~ Elbing pro u:no integro anno Spectabili Iacobo

Braun

Braun Ciui Elbing ~~Toru~~nensi confertur

Sigismundus Significamus etc. Quod cum de iure ac veteri instituto v.p.
nominati essent nobis per Literas à Magistratu Ciuitatis nostrae
Regiae Elbingen: quatuor personae ex quibus Burgrabium Ciuitatis nos
trae praefatae pro Anno fienti qui huic muneri aptior videretur, atque
ex recepta consuetudine iura et Priuilegia eius Ciuitatis defenderet
ac tueretur authoritate nostra constitueremus. Nos itaque cum Spectabilem
Jacobum Braun, cuius fidem in nos singularem singularem ac studi
um de nobis optime merendi commendatum habeamus, dignum esse cen
suimus, quem Burgrabium pro hoc Anno in Ciuitate nostra Elbingen:
pro iure nostro Regio constitueremus et confirmaremus, uti quidem prae
sentibus literis nostris constituimus et confirmamus illumque hunc Bur
grabiatus Magistratum toto hoc anno cum autoritate et iurisditione
plenaria ex antiqua consuetudine ad eum spectante gerendum et obtinendum
conferimus. Quod Vniuersis et singulis quorum interest praesertim
vero Magistratui Ciuili Proconsulibus Consulibus totique communita
ti Ciuitatis nostrae Elbingen: denunciamus mandamusque ut praedictum
Spectabilem Jacobum Braun pro vero ac legitimo anni huius Burgra
bio agnoscant ac eidem de omnibus ad id officium ab antiquo pertinentibus
prouentibus et obuentionibus respondeant respondereque ab alijs quorum interest
diligenter curent pro gratia nostra. In cuius rei fidem. Datum Var
sauiae die Decima Quarta Mensis Februarij Anno Domini
Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Quinto, Regnorum nostrorum.
Sigismundus Rex. Petrus Gembicki.

Legitimatio cuiusdam Alberti

Witkowski Incolæ et Ciuis Posnaniensis.

v.p. Sigismundus etc. Significamus etc. Cum hominibus in lucem editis et procreatis illud quod natura eis denegauit beneficium legis ac Principis clementia supplere plerumque consueuerit. Propterea cum Honestus Albertus Witkowski de Ciuitate Posnanien. eiusmodi notā inustam, ad bene beateque viuend. magnum impedimentum haberet, ideo quod extra legitimum thorum progenitus sit, Supplicatumque nobis esset humillime, vt iure et prerogatiuis legitime natorum ipsum donare, et omnem illegitimitatem ac procreationis maculam abstergere dignaremur faciend. id ipsum esse duximus, facimusque praesentibus literis nostris, eamque labem ex natiuitate contractam detergimus, ac ipsum legitimorum iure donamus et pro legitimo vbique locorum haberi censeri, ac reputari volumus, non secus ac si legitime, iuxta ritum S. Rom. Ecclae natus esset, eumque capacem et habilem facimus ad artes quasuis mechanicas, tum et ad omnia iura et libertates, quibus legitimi de iure gaudere dnt admittimus. Quod omnibus et singulis quorum interest, praesertim vero Magistratibus quibusuis notum esse volumus, mandantes vt memoratum Albertum Witkowsky pro legitimo habeant, reputent, ac iudicent, eumque in omnibus libris actionibusque, pro legitimo haberi censeri ac reputari faciant, nullisque detractionibus eius natiuitatem, ac suorum liberorum lacessere et exprobrare audeant, aut ab aliis exprobrari patiantur. Sub paenis in detractores famae alienae legibus sancitis. In quorum fidem. Datum Varsauiae die Vndecima Mensis February Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Quarto Regnorum.

Sigismundus Rex Petrus Gembicki.

Ius Caducum

Ius Caducum post quendam Apotecarium Ciuem Ciechanouien Egregio Adamo Iarzembski Musico confertur.

Ex.

Sigismundus etc. Significamus. Quia nos bona omnia mobilia et immobilia Summasque quasuis pecuniarias siue paratas siue aliqua ratione obligatas, et apud quasuis personas et quocunque in loco existen post quendam Sigismundum Apotecarium Ciuem Ciechanouien ad nos et dispositionem nostram Regiam certis legitimisque de causis iure caduco deuoluta Egregio Adamo Iarzębski Musico nostro dan et conferen esse duximus, uti damus et conferimus praesentibus literis nostris, ita ut eadem bona quae vspiam reperta iure adeat, et in possessionem suam vindicet, teneatque habeat et possideat, et in suos quosuis ac Suorum suorum beneplacitos vsus pleno iure conuertat. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magistratui tam Castren quam Ciuili Ciechanouien ad notitiam deducen mandamus, ut dum requisiti a praedicto Donatario nostro, vel ipsius mandatario bona eadem omnia illi in realem possessionem tradant, in adeundaque eorum possessione auxilio suo adsint, atque efficiant ut quod primum iis potiatur, Pro gratia nostra secus non facturi. In cuius. Datum Varsauiae die Decima Octaua Mensis Februarij Anno Dni Millmo Sexmo Vigmo Quinto Regnorum nostrorum.

Sigismundus Rex. Petrus Gembicki.

Ius Caducum post quosdam Latala et Przedwoiewski Nobili Casparo Tolicki Cancellariae S.R.M. Notario confertur.

Ex. Sigismundus etc. Significamus etc. Quia nos bona omnia
mobilia et immobilia summasque quasvis pecuniarias morte quorundam Ja
cobi Latala et ——— Przedwiewski Incolarum Prasni
sensium, certis de causis ad fiscum nostrum iure caduco devoluta No
bili Casparo Policki Cancellariae nostrae Notario dandum et confe
rendum esse duximus damusque et conferimus praesentibus literis nostris, iure
perpetuae et irrevocabilis donationis nostrae. Quae quidem bona omnia
et singula, summasque quasvis pecuniarias, ubicunque locorum, et apud
quascunque personas existentes, in auro, argento, clenodiis, ceterisque do
mestica supellectili, postquam Ordinaria iuris via evindicaverit,
seu modo quovis alio obtinuerit tenendum habendum possidendum dandum donandum
vendendum alienandum commutandum, inque suos Successorumque suorum usus
beneplacitos convertendum plenam et omnimodam habebit potestatem
perpetuo et in aevum. Quod omnibus et singulis in Regno et do
miniis nostris Magistratibus, praecipue autem Civili Prasnisensi
ad notitiam deducendum mandamus, ut quamprimum a praefato Dona
tario nostro sive eius mandatario requisiti fuerint, bona eadem
sine mora et difficultate extradant, inque eadem actualem possessionem illorum
nedum impediant, verum praesto adsint, ab aliisque extradi eaque praestari
curent. Pro gratia nostra. In cuius rei fidem. Datum Varsa
viae die Decima Septima Mensis Februarii Anno Domini
Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Quinto. Regnorum nostrorum.

Sigismundus Rex   Petrus Gembicki

Ius Caducum post quosdam Pau

lumi

lum Przezdiatka et Stanislai Zak In
colarum Varsauien. Nobili Stanislao
Rogawski Tubicini S.R.M. contert.

Sygismundus. Significamus &c. Quia nos bona omnia mobilia et im &c.
mobilia post obitum quorundam Pauli Przezdziatka et Vincen
slai Zak Incolarum Varsavien. ad nos et dispositionem nostram
Regiam certis de causis iure caduco deuluta Nobili Stanislao
Rogawski Tubicini nostro dare et conferre esse duximus, vti qui
dem damus et conferimus praesentibus literis nostris, iure perpetuo
et irrevocabilis donationis, successores legitimos tenere habere et possidere dare alienare et
in usus suos Successorum convertere. Quod omnibus quorum
interest praesertim vero Magistratui Civili Varsavien. aliisq; Ma
gistratibus, sub quorum Jurisdictione bona praefata consistunt. ad no
stram deducere mandamus, vt visis hisce literis nostris bona praefata
recensito Tubicini nostro extradant, extradicturent. Pro gratia
nostra et Officiorum suorum debito, In cuius rei fidem Datum
Varsauiae die Decima Septima Mensis Februarij. Anno
Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quinto. Regnorum nostrorum.
Sigismundus Rex. Thomas Petrus Bielecki.

Mansi certi nec non bona mobi:
lia et immobilia morte cuiusdam
Martini Zdrod Civis Surazensis Nobili Al
berto Zelinski militi iure Caduco conferuntur

Ex. Sigismundus etc. Significamus etc. Quia nos commendata haben. militaria obsequia Nobilis Alberti Zelenski nobis et Reipub: in plurimis expeditionibus bellicis summa fide et singulari animi fortitudine non sine gravi fortunarum suarum iactura contestata, eidem bona omnia immobilia vel certos mansos agri in Villa Dolki districtus Branscensis sitos tum et mobilia summasque quasvis pecun. sive paratas sive aliqua ratione obligatas, ubicunque locorum, et apud quascunque personas in Regno et Dominiis nostris existen., morte cuiusdam Martini Zdrod Civis Surazen. ad liberam dispositionemque nostram iure caduco certisque legitimis de causis devolut. dan. et conferen. esse duximus, damusque et conferimus praesentibus literis nostris. iure perpetuo et irrevocabilis donationis nostrae per ipsum iure adeun. et vindican. adeptaque tenen. haben. possiden. et in suos Successorumque suorum quosvis beneplacitos usus pervertendi et in rem convertendi. Quod ad omnium praesertim vero Magistratuum tam Castren. quam Civilium, sub quorum Iurisditione bona praefata reperta fuerint notitiam deducimus. Mandamusque ut requisiti a praefato Donatario nostro seu ipsius Mandatario bona eadem omnia illi in realem et actualem possessionem tradant. et ut iisdem omni quovis tempore potiatur, omnino curent, ac provideant. Prograt nostra In cuius rei fidem. Datum Varsaviae die Septima Mensis Februarii Anno Dni Millmo Sexmo Vimo Quin. Regnorum.

Sigismundus Rex

Petrus Kozmienski

Sex Mansi agri in Districtu Branscensi consistentia Nobili Alberto Zelinski conferunt.

Sigismundus

Sigismundus etc. Significamus. Quod cum Sex Mansi in Villa
Wyrzęchy in Branscen Districtu sitta ob non illatam quartam pro Ex.
uentuum partem eorundem mansorum Rauam quotannis in Thesaurum
Reipub: inferri debitam, alysq certis et legitimis de causis ad nos
dispositionemq nostram post Nlem Joannem Leszczynski deuo
luti fuissent, eos Nli Alberto Zelinski de nobis et Reipub: va
rys occasionibus bellicis benemerito militi, dan et conferen esse duximus
prout damus et conferimus praesentibus literis nostris per eum cum
omnibus attinen et pertinen antiquitus eo spectan tenen haben et possi
den, ad extrema vitae suae tempora. Permittimus autem pro nobis et Ser
mis Successoribus nostris. Nos eundem Nlem Albertum Ze
linski quamdiu vixerit, in usu et pacifica possne memoratorum Laneo
rum conseruaturos. Ratione cuius aduitalitatis quartam prouen
tuum partem Rauam quotannis inferre tenebitur. Juribus Regni
In cuius rei fidem. Datum Varsauiae die Septima Mensis Feb
ruarij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Quinto.
Sigismundus Rex. Petrus Kozmienski.

Vexilliferatus Terrae Sochaczouiensis Generoso Sigismundo Casparo Lipski confertur

Sigismundus etc. Significamus etc. Quia nos benignam rationem v.p.
habentes obsequiorum Militarium Gnosi Caspari Sigismundi
Lipski, quae nobis et Reipub: in varijs expeditionibus bellicis sum
ma cum Fortitudinis, Virtutisq militaris laude a multis annis prae
stitit, non solum priuati Patrimony facultates in militia profunden
do, verum etiam multa et grauia vulnera aduerso pectore a Barbaris

accipiendo, a rapinis autem et seditionibus nec non perniciosis militum confoederationibus semper cum gravi interdum stipendiorum suorum iactura vitaeq periculo abstinendo. Eidem Vexilliferatum Terrae Socha czovien per promotionem Gnosi Wilkanowski ad Castellanatum Wyszogrodien vacantem conferendum duximus, ut porte quimunus id in bello saepe magna cum laude gessit, quemadmodum conferimus praesentibus literis cum omnibus iuribus, praerogativis, obventionibus, utilitatibus, emolumentis, ad extrema vitae suae tempora, vel amplioris alicuius dignitatis assecutionem gerend et obtinend. Quod omnibus et singulis quorum interest praesertim vero dignitarijs, Officialibus, ac toti ordini Equestri Terrae Sochaczovien Palatinatus Raven notum esse volumus mandantes ut praenominatum Gnosum Gasparum Sigismundum Lipski pro vero ac legitimo Vexillifero Sochaczovien habeant, et agnoscant, ipsiq de loco iuribus praerogativis emolumentisq Universis de iure vel consuetudine, ad munus hoc spectan respondeant, respondeniq ab his quorum interest diligenter curent pro gratia nostra. In cuius rei. Datum Varsaviae in Conventione Regni Gnali die Decima quinta Mensis February Anno Dni Millmo Sexmo Vigmo Quinto. Regnorum nostrorum.

Sigismundus Rex. Jacobus Zadzik.

Dapiferatus Sanocensis post evectionem ad Castellanatum Czechovien Gnosi Lesniowski Gnoso Nicolao Czuryto confertur.

v.p. Sigismundus Significamus etc. Praeclara Gnosi Nicolai de Goray Czuryto animi ingenijq dotes singulares Virtutes eximiaq in nos et Remp. merita cum nobis cum charum fecerunt,

ut saneidem

ut favorem nostrum perlibenter ipsi declaremus omniq[ue] decore ornatum esse cupiamus. Quare munus Dapiferatus Sanocen[sis] post evectionem Gnosi ____________ Lesniowski ad Castellanatum Cechowien[sem] vacans eidem conferen[dum] esse duximus, prout quidem conferimus praesentibus literis nostris, in omnibus suis iuribus et praerogativis tenen[dum] et obeundum ad extrema vitae suae tempora, vel alicuius maioris dignitatis assecutionem. Quod ad notitiam dignitariorum Officialium Universaeq[ue] Nobilitatis districtus Sanocen[sis] deducentes mandamus ut praenominatum Gnosum Nicolaum de Goraj Curylo pro legitimo Dapifero Terrae Sanocen[sis] agnoscant et habeant, eidemq[ue] de loco iuribus et praerogativis omnibus huic muneri ex lege et consuetudine debitis respondeant, responderiq[ue] ab omnibus faciant. In cuius rei fidem. Datum Varsaviae die Decima Septima Mensis February Anno Domini Millmo Sexmo Vigmo Quinto.

Sigismundus Rex. Jacobus Zadzik.

Villae Zawady et Konary in Districtu Radomiensi sitae Gnoso Maximiliano Przerembski una et Coniugi ipsius conferuntur

Sigismundus. Significamus etc. Quia nos Villas Zawady et Konary in Districtu Radomien[si] sitas Gnoso Maximiliano Przerębski, Castellano Siradien[si], Referendario Regni Moscicen[si] nostro Capitaneo iure advitalicio datas et collatas Coniugi quoq[ue] ipsius legitimae Gnosae Annae Mohilowna conferendas et communicandas esse duximus conferimusq[ue] et communicamus praesentibus.

v[ide] s[upr]a

Lucris nostris cum omnibus et singulis attinen. et pertinen. eodem anti:
quitus spectan. tenendas habendas possiden. ad extrema vitæ suæ tempo
ra — Promittimus autem pro nobis et Sermis Successoribus nostris, nos
eosdem Coniuges quamdiu uterq. ipsorũ vixerit in usu et pacifica posse͠ssione
memoratarum Villarum conseruaturos — Rone cuius aduitalitat. quartã
prouentuum partem, Rauam quartanis inferre tenebuntur. Juribus nostris
In cuius rei fidem Datum Varsauiæ die Decima Septima Men
sis Februarij Anno Domini Millesimo Sexcmo Vigmo Quinto

Sigismundus Rex. Jacobus Zadzik.

Datur consensus Gnosæ Annæ de Rzeczy ca uillam Strzyzow in Capitaneatu Lucouiensi consisten̄ in personam Gnosi Nicolai Rzeczycki transfundere

v.g. Sigismundus etc. Significamus etc. Permisere nos Gnosæ Annæ
de Rzeczyca olim Gnosi —— Gorecki relictæ Viduæ, vt pos
sit iure aduitalicio sibi super Villam Strzyzow in Capitaneatu Lu
couien. sitam seruien. Gnoso Nicolao Rzeczycki Militi nostro
de nobis et Repub. cũ pluribus expeditionibus bellicis sed præci
pue in illa con. Turcarum Imperatorem ad Chocinũ peracta sub
signis Gnosi Jacobi Sobieski Capitanei nostri Crasnostauien. singu
lariter promerito cedere. Quæ quidem Cessio postquam coram actis
quibuscunq. regni auten. peracta fuerit, nobis rata et grata erit, cuiusq.
ac præntis consensus nostri vigore memoratam Villam cum omnibus et
singulis attinen. et pertinen. eodem antiquitus spectan. prædictus
Gnosus Nicolaus Rzeczycki tenebit, habebit, possidebit, ad

extrema

extrema vitæ suæ tempora; Promittimus autem pro nobis et Sereñis Successoribus nostris. Nos eundem Nicolaum Rzeczycki quam diu vixerit in usu et pacifica possone memoratæ Villæ conservaturos Ratione cuius additalitas quarum prouentuum partem Nobis quot annis inferre tenebitur. Juribus nostris Regalibus, Incuius rei fidem Datum Varsauiæ die Vigesima Mensis Februarij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Quinto Regnorum nostrorum Sigismundus Rex. Jacobus Zadzik.

Pincernatus Terræ Visnensis morte Generosi Pauli Kosakowski Generoso Alberto Kownacki ad uitæ ips tempora confertur.

Sigismundus. Significamus. Quod cum munus Pincernatus Terræ Visnen morte Spectabilis Pauli Kosakowski vacaret, nos habentes commendatam Spectabilis Alberti Kosnacki auctam Nobilitatem maiorum suorum decora tum singularem ac eximiam Virtutem, in rebus gerendis Dexteritatem, ardensq; deuotis Reipub: benemerendi studium dignum existimauimus, cui Munus conferremus vti conferimus præsentibus, perijsdem cum omnibus Prouentibus, immunitatibus, obuentionibus, fructibus emolumentisq; lege præscriptis, vel consuetudine ad idem Officium spectantibus tenendum ad extrema vitæ sua tempora, vel maioris alicuius dignitatis assecutionem. Quod omnibus et singulis quorum interest, præsertim vero dignitarijs officialibus, vtpote Nobilitati Terræ Visnen ad notitiam deducendum mandamus vt præfatum Paulum Kosnacki præmemorata Pincerna terra Visnen agnoscant, de loco Prouentibus pro obuentionibus munus hoc concernen responderi curent ipsiq; respondeat

v.p.

B

Pro gratia nostra. In cuius rei fidem Datum Varsaviae die Vigesima Prima Mensis February Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Quinto. Regnorum nostrorum.

Sigismundus Rex. Jacobus Zadzik.

Consensus datur Generosae Annae de Goray Blazowska ad ceden. de villa Zalawie et alys in personam filiorum ipsius.

v.g. Sigismundus. Significamus. Quod cum in animum induxisset Gnosa Anna de Goray Blazowska Coniunx olim Gnosi Andreae Blazowski de toto ac integro iure suo advitalicio sibi super bona certa inferius specificata servien. Gnosis Joanni et Georgio Blazowskim filijs suis vnicuique pro interesse ac sorte sua dividen. vt Joanni Villam Zalawie cum fundo Woytowsce Dereniowiet et cum Villagio Karpowsce, Georgio vero Bolhe et Hrickowska cedere, illudque in personas illorum transferre et transfundere. Ad Intercessionem itaque quorundam Consiliariorum nostrorum et meritorum in expeditionibus bellicis ab eisdem nobis et Reipub: praestitorum benignam rationem haben. libenter in eam Cessionem consentien. esse et permittendum duximus vti quidem consentimus et permittimus praesentibus literis nostris. Quae postquam coram actis quibuscunque autenticis Regni legitime facta et recognita fuerit, nos eam gratam et ratam habituri sumus vigore praesentis Concessus nostri bona praefata modo praemisso divisa praenominati Joannes et Georgius Blazowscy quilibet eorum pro sorte et interesse suo cum omnibus praedijs, agris, pratis, campis, silvis, subditis eorumque censibus et laboribus lacubus, piscinis, hortis, tabernis, pascuis, stagnis, fructibus, emolumentis, caeterisque commodis, ac vtilitatibus, antiquitus ad ea bona spectan. et pertinen. tenebunt, habebunt, et possidebunt ad extrema vitae suae tempora. Promittentes pro nobis et Serenis

Successoribus

Successoribus nostris non essent memoratos Fratres vita ipsorum durante à praedictis bonis amoturos, aut alienaturos, pemini amouen, aut alienan potestatem daturos, sed saluum et integrum ius aduital. ijsdem conseruaturos. Ratione cuius aduitalitatis ex bonis Dereniowce Karpowce Dolhe Hryciowska quartam prouentuum partem Rauam quotannis inferre, ex bonis vero Villa vero Zalawie Fundo Wrytowce remitten ex praescripto legum Summae ibidem Lymae inscriptae partem nobis et Reipub: condonare tenebuntur, Iuribus nostris Regalibus In cuius rei fidem. Datum Varsauiae die Vigesima Prima Mensis February Anno Domini Millesimo Sexmo Vigmo Quinto Regnor.

Sigismundus Rex. Petrus Kozminski.

Confirmatio lrarum Gnosi Capnei Petricouien. Nob. Stanislao Dębicky & Agnetae Radwankowna Coniugibus sup domum Pruszkowska, & agros certos concessarum

Sigismundus. Significamus. Oblatas esse nobis Literas papireas Nobilibus Stanislao Dębicki et Agneta Radwanowna Coniugibus per Generosum Albertum Starolęski Capitaneum nostrum Petricouien super domum Pruskowski dictam, in fundo desolato aedificat. tum et super agros de noua radice excultos concess. sanas saluas integras et illaesas omniq. suspicione carent. Supplicatumq. nobis esse, vt supradictas literas in omnibus earundem punctis et clausulis, articulis, authoritate nostra Regia approbare et confirmare, ac ratihabere dignaremur. Quod nos habita iuris et aequitatis ratione facien. nobis esse duximus, prout quidem praesentibus praestamq. praefatas literas cum omnibus in eo contentis approbamus, confirmamus et ratihabemus perpetuaeq. firmitatis robur debere habere decernimus et in omnibus praerogatiuis eidem concessis conseruamus. Iuribus deniq. nostris. In cuius rei fidem Datum Varsauiae die Vigesima Prima Mensis February Anno Dni Millmo Sexmo Vigmo Quinto Regnorum.

Ex.

Sigismundus Rex. Petrus Kozminski.

Castellanatus Wyszogrodien͠, post eue ctionem Magci Adami Kossobudzky ad Paltum Masouiæ vacans, Gn͠oso Stanislao Wilkanowsky confert͠

Ex. Sigismundus. Significamus. Eam esse veræ solidæq Virtutis naturam, vt priuatis etiam in locis posita, obscurari non possit, verum semper eminere, ac in lucem prodire, ipsa per se contendat, moribus vero optimis exculta et ijs artibus quibus ætas iuuenilis erudiri solet, instructa, maiora in dies præmia, ampliores honores mereatur. Talem in Gn͠oso Stanislao Wilkanowski Vexillifero Terræ Sochaczonien͠ extitisse cognouimus, qui acceptis à maioribus suis, qui in Regno hoc amplissimis honoribus et dignitatibus illustres extiterunt virtutum ornamentis, ac veluti iure quodam hæreditario eisc deriuatis, virtute paresse omnibus contendit. In Conuentibus vero Nobilitatis particularibus semper bonarum partium Ciuis ac ad id quod Reipub: commodiss saluberrimumq fuit, alijs dux et autor extitit, atq nullam occasionem qua non singulare in nos et Remp: studium testatum redderet, prætermisit, Quocirca tanta Virtutis meritorumq eius rationem habentes, vt ampliorem tuendæ dignitatis nostræ, testificandiq amoris erga patriam campum haberet, lateri nostro eum cum Senatoria dignitate admouen͠ esse duximus, uti quidem libenter præsenti occasione facimus. eiq Castellanatum Wyszogrodien͠, euectione Magci Adami Kosobudzki ad Palatinatum Masouiæ vacantem præsentibus literis nostris conferimus per eum toto vitæ suæ tempore, vel quoad maiorem aliquam dignitatem non fuerit assecutus cum omnibus prærogatiuis, immunitatibus, iuribus, Priuilegijs, et obuentionibus ad eundem Castellanatum de more legibusq pertinen͠, obtinen͠; Quod ad notitiam omnium quorum interest, præsertim vero magistratuum, ac Officialium Regni nostri Vniuersæq Nobilitatis

Palatinatus

Palatinatus Plocen̄ Ducatus mandamus, vt supranominatum Dnum Stanislaum Wilkanowski pro vero ac legitimo Castellano Wyszogrodien̄ habe: ant et agnoscant, cuj de loco prouentuis et emunitatibus ad Castellanatū hunc Lēges et consuetudine spectantibus respondeant, et ab alijs respondiri curent. In cuius rei fidem Datum Varsauiæ die Vigesimā Secunda Mensis Februarij Anno Domini Millimo Sexcentimo Vigimo Quinto. Regnorum nostrorum Polonia &c

Sigismundus Rex. Petrus Gembicki.

Ius caducum Nobili Andreæ Buialsky Cancellariæ Notario, post Iacobum & Valentinum Dlugie, nec non Stanislaum Pharmacopolam, Incol Sandomir, conferty

Sigismundus. Significamus. Quod nos bona omnia mobilia et immobilia Summas, quasuis secum vbicunq locorum, et quocunq modo existentes, more quorundam Jacobi et Valentini Dlugich, necnon Stanislai ——— Pharmacopola Incolarū Sendomirien ad nos fiscūq nostrum certis de causis iure caduco deuolut, Nli Andreæ Buialski Cancellariæ nostræ Notario dare et conferre decreuimus vtiquidem damus et conferimus p̄sentibus literis nostris perpetuis et irrenocabilibus. Dantes eidem plenariam et omnimodam potestatem, bona suprascripta omnia et singula de manibus quorumuis modernorum occupatorum repetendi, vindicandi, habendi, possidendi ac in suos Successorum suorumq beneplacitos vsus plenarie conuertendi. Quod omnibus quorum interest p̄sertim Magistratui tam Castren quam Ciuili Sendomirien cæterisq

v.g.

sub gusum Jurisdicione bona suprascriptorum reperta fuerint, adnotari de ducentes mandamus, vt requisiti a dicto Donatario nostro vel ipsius mandatario bona prædicta omnia et singula mobilia et immobilia eidem extradant, extradiq; curent - Pro gratia nostra - In cuius rei fidem - Datum Varsauiæ die Vigesima Secunda Mensis Februarij Anno Dñi Millesimo Sexcmo Vigmo Quinto - Regnorum nostrorum.

Sigismundus Rex — Petrus Gembicki.

Conseruatio Honestis Iwano, Gregorio, & Fe" dkoni Hrabolom super molendinum in riuu" lo Wądkową, ad uillam Smotricz, in Cap" Howrucen, situm concedr.

v.D. Sigismundus &c Significamus &c Quia nos ad Intercessiõ certorum Consiliariorum nostrorum pro Honestis Iuano, Hrehori, et Obwedkone Chrabolzie, apud nos facta, essdem in vsu et practica possione molendini deser ti, in Riuulo Wądkowa constructi ad Villam nostram Smotricz Capitaneus Howrucen consistẽt, conseruare et relinquere esse duximus, prout quidem conser uamus et relinquimus penitus Literis nostris, ita vt idem molendinũ cum omnibus suis attinen, et pertinen, commodis et vtilitatibus agris, pratis, campis, syluis, fructibus, et emolumentis, teneant, habeant, possideant, pacifice, et quiete fruantur, quilibet illorum prosore et interessenus, ad extrema vitæ sua tempora - Promittimus, pro nobis et Sermis Successibus nostris, non esse nos memoratos molendinatores, aliosue et possone dictorum bonorũ amotu ros, amouendis aut alienas cuiquam potestatem daturos, sed salutem et integrum ius adiutale ipsis conseruaturos, et Ser.mi Successores nostri con seruabunt. Post decessum uero ipsorum non prius ad bona ad dispositionem nostram redibunt, quam suprad in literis originalibus expressa

vel extaxa

vel extraxa Commissariorum nostrorum proveniens Successoribus illorum
numerata et persoluta fuerit. Juribus nostris Regalibus. In cujus
rei fidem. Datum Varsoviæ Die Trigesima Mensis Januarij
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Quinto.
Regnorum nostrorum Poloniæ &c

Sigismundus Rex. Paulus Glębocki.

Generosus Bartholomæus Grabionka Secre-
tarius Regius de iure aduitali sup Villam Dołpo-
tow in Captu Halicien, sitt' Gñoso Ioanni
Grabionka fratri suo cedit

Sigismundus &c Significamus &c Nobis Gnosi Joannis Grabion
ka Fidelis nostri, primum subsignis Seræ Principis Vladislai
Filij nostri Charissimi, postmodum Gnosi Stanislai Koniecpolski
Campiductoris ac Vielunen, Barens Capitanei nostri summa animi forti
tudine singulari fide et dexteritate, nobis et Regnis comprobata, iure
nobis debitam grę nrę vendicant significationem, quæ ipsi luculenter con
stet consentiens in id esse duximus vt Gnosus Bartholomeus Gra
bionka Secretarius noster iure aduitalicio sibi super Villam Dołgotow
in Capitaneatu Halicien sitt, seruien, possit eidem Gnoso Joanni Gra
bionka Fratri suo cedere. Quæ quidem Cessio postquam legitime corá
actis quibuscunq Regni actibus peracta fuerit, nobis rata et grata esse
eiusq; ac præsentis Consensus nostri vigore memoratam Villam Dołgotow
cum omnibus suis attinen et pertinen commodis et emolumentis uni
uersis et singulis, eidem Gnosus Joannes Grabionka tenebit habebit pos
sidebit ad extrema vitæ sue tempora. Promittimus autem pro nobis et
Sermis Successoribus nostris, Nos eundem Gnosum Joannem Grabionka

quamdiu vixerint in usu et pacifica possessione memoratae Villae conseruaturos, Ratione cuius aduitalitatis quartam prouentuum partem Rauam quotannis inferre tenebitur. Iuribus nostris. In quorum fidem. Datum Varsauiae die Septima Mensis Februarij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Quinto. Regnorum nostrorum.

Sigismundus Rex. Iacobus Zadzik

Consensus Gnoso Paulo Pieczychowsky ad cedendum de iure aduitali super Villam Szamowa in Districtu Leopoliensi, in personam Gnosi Ioannis Wyzga

v.g. Sigismundus etc. Significamus etc. Permisimus nos Gnoso Paulo Pieczychowski, vt possit iure Aduitalicio sibi super fundum Villae desertae Szamowa, in districtu Leopoliensi, sitae, seruiente, Gnoso Ioanni Wyzga in pluribus expeditionibus bellicis, praesertim in illa ad Chotinum contra Turcarum Imperatorem peracta de nobis et Republica singulariter promerito, et Sophiae Kiemliczowna Coniugibus cedere. Quae quidem Cessio postquam coram actis quibuscunque Regni, aut Magni Ducatus Lithuaniae autem facta fuerit, nobis rata et grata erit, eiusque praesentis Consensus nostri vigore, memoratum fundum Villae cum omnibus et singulis attinentiis et pertinentiis, eodem antiquitus spectantibus, praedicti Gnosi Ioannis Wyzga et Sophia Kiemliczowna Coniuges, ambo in solidum tenebunt, habebunt, possidebunt, ad extrema vitae sui vtriusque tempora. Promittimus autem pro nobis et Serenissimis Successoribus nostris. Nos eosdem Coniuges quamdiu vterque ipsorum vixerit, in vsu et pacifica possessione memorati fundi conseruaturos. Ratione cuius aduitalitatis, si ea bona summis sunt onerata, illam summae partem quae ex praescripto Regum soluenda, tenerentur nobis et Reipublicae condonabunt, sin minus, quartam Prouentuum partem Rauam quotannis inferre tenebuntur. Iuribus nostris Regalibus in pleno robore saluis. In cuius rei fidem praesentes manu nostra subscriptas Sigillo Regni

Datum Varsauiae

Datum Varsaviae die Duodecima Mensis February, Anno Dni Millessimo Sexcentesimo Vigesimo Quinto. Regnorum nostrorum.
Sigismundus Rex. Jacobus Zadzik.

Confirmatio Irarum Gnosi Mniszek Capnei Osiecen. sup certas partes fundi Famato Andrea Witowsky concessarum.

Sigismundus etc. Significamus etc. Productas fuisse coram nobis literas infrascriptas manu et sigillo Gnosi Andreae Mniszek, Osrolecen. Osiecen. Capitanei nostri subscriptas, et munitas Famato Andreae Wittowsky super certas partes fundi datas - Saluas et illesas, omniq suspicione carentes, quarum tenor sequitur talis. Andrzei Mnißek z wielkich Kunczyt Ostrolęski Osiecki etc. Starosta. Wiadomo czynię tem pisaniem moim teraz y napotem będącem, iż ia będąc na Starostwie Osieckiem, y Staraiąc się oto iakoby K. J. M. y Rzeczypsei s Starostwa tego, im dalei tem więcei pożytkow przybywało a baczęc miei scatnkie nieużyteczne potemu z ktorych zaden pożytek nieidzie, y krom szkody Puszczei, pozwoliłem Mieszczaninowi K. J. M. Andrzeiowi Witowskiemu kąsik gruntu od drogi Jaswinskiei, do drogi Poznowskiei, za strumień, ktory kąsik na był de wszerz dziema wtokami, a wzdłuż stay osmioro, między międzami Woyciecha Witowskiego z iednei strony, a z drugiei Marcina Wozrice z ktorego gruntu tak on sam iako y Potomkowie iego, czasy wiecznemi do dworu Osieckiego, z inszemi podatkami, wespoł na dzień S. Marcina w kozdym roku, zadnego nieżywuiąc Krolowi J. M. czipłacić powinien y powinni będąc, po groszy piętnaście, kapłunow dwu, iaiec kopę. Aż z Korodrzy, sąm tam pożytku prędko mieć niemoże daię mu wolności

na lat cztery, z gdy sie lat cztery, zwiedz, ten poplatek wyzey mianowany on sam y potomkowie iego, będą powinni dawać na czas wyzey naznaczony. Co dla lepszei wiary ręką swoią podpisuie y pieczęć przycisnąc roskazałem. Działo się w Biecku dnia Dziewiętnastego Nouembra, Anno Dni MDCXXIV. Andrzej Mniszek z Wielkich Konczyc Starosta Biecki. Supplicatumq nobis esse vt easdem literas approbare et confirmare dignaremur. Cui Supplicationi, vt iustę benigne annuendo, easdem literas in omnibus earum punctis, clausulis, contentis, approbamus authoritate nostra Regia et confirmamus, easdemq robur debita firmitudinis in quantum iuris est obtinere volumus. In cuius rei. Datum Varsauiæ die Septima Mensis Februarij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Quinto. Regnorum nostrorum.

Sigismundus Rex. Iacobus Zadzik.

Consensus Matthiæ Skordiszewsky, ad cedendum Officinæ mineraria Dobiegniewska dicta, in Captu Prædecen, sitæ Honto Iacobo Koerbner.

Ex. Sigismundus etc. Significamus etc. Consensisse nos consentireq præsentibus literis nostris Honesto Mathiæ Skordiszewski vt possit et valeat de toto et integro iure suo aduitali, sibi super Officinam Minerariam dictam Dobiegniewska, in Capitaneatu Przedecz sitaq competit, Honesto Jacobo Korbner cedere, illudq in personam ipsius transfundere et transferre. Quæ quidem cessio iurisq transfusio posteaquam coram actis quibusis Regni autenticis

facta fuerit

facta fuerit, nos eam ratam et gratam habituri sumus, vti qua de consen
su nostro geretur. Vigore itaq; cessionis ac juris consensus nostri pre
memorati Jacobus dictam officinam mineralem, cum omnibus et singulis
agris huic minerae adiacentibus, tum et pratis, hortis, molendinis, emolumen
tis ac caeteris attinentijs, antiquitus ad eam spectan, cum libertate carbones
pro necessitate officinae eiusdem, in sylvis nostris, ad fundilia spectanti
bus parandi, tenebit, habebit, et possidebit, pacisq; ea exquiere fruetur, ad
extremam vitae suae tempora. Promittimus, pro nobis et Sermis Successo ribus
nostris non essenos memoratum Mathiam Kerner, a bona et possione di
cae officinae minerariae amoturos, amoueq; cuipiam potestatem daturos
Sed salvum et integrum eius aduitale ipsi conseruaturos et Serenissimi Suc
cessores nostri conseruabunt. Post decessum vero ipsius, non prius dispo
situs dicta minera ad nos redibit, quam summa in literis originalibus ex
pressa vel extracta Commissariorum provenions Successoribus eius integre per
soluta fuerit. Fidelibus nostris Regnicolis. Reipub: et Ecclae Caths salutis
In quorum fidem. Datum Varsauia die Decima Quinta Mensis
Februarij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Quinto
Regnorum nostrorum Poloniae.
Sigismundus Rex Petrus Gembicki.

Ius caducum Honesto Adamo Budzi
łowsky Coco Regio post Nicolaum
Stansky Incolam Varsavien,
confertur.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quia nos bona omnia mobilia et Ex.
immobilia summas quasuis pecuniarias sue prorata sue aliqua
ratione obligata, aut apud quosuis personas, et quovis loco existen

post quendam Nicolaum Scansky Incolam Varsavien. ad nos dispo
sitionemq. nostram Regiam certis legitimisq. de causis iure caduco de
voluta, Honesto Adamo Budzilowski Pizek, Culinae nostrae
Coco dari et conferri esse duximus, uti damus et conferimus praesenti
bus literis nostris, perpetuo et irreuocabilis donationis titulo, ita ut eadē
bona Caduca ad fiscum nostrum pertinentia, iure adeat, teneat, habeat et
possideat, in possessionemq. suam vindicet, atq in suos quosuis beneplacitos
vsus Successorumq. suorum pleno iure conuertat. Quod omnibus quo
rum interest ad notitiam deducen., praesertim vero Magistratui Ciuitatis
nostrae Varsavien. mandamus, vt bona supradicta quaecunq. reperta
p dicto Donatario nostro, vel ipsius mandatario, absq. vlla mora et dif
ficultate in realem possessionem tradant, et in adeunda eorum possessione ipsi
auxilio suo adsint. Pro gratia nostra. In cuius. Datum Varsaviae
die Vigesima Secunda Mensis Februarij Anno Dnī Millmō.
Sexcmō Vigmō Sexto. Regnorum nostrorum.
Sigismundus Rex. Petrus Gembizki.

Nobili Stanislao Zelazowsky, Sermi Principis Vladislai Ostiario, Aduocatia in Villa Bobrowka, nec non molendina duo in Capneatu Knyszynen., conferuntur

Ex.: Sigismundus ıı̄. Significamus ıı̄. Consensisse nos consentireq. psentibus
Literis nostris Nobili Stanislao Zelazowski Serenissimi Vladislai Sigismun
di Filij nostri charissimi ostiario, vt possit et valeat, Aduocatiam in
Villa nostra Bobrowka, necnon Molendina duo, alterum quidem Guzij
dict. in fluuio Neresla, alterum vero in Villa nostra Brzozowa in flu:
mō Brzozowa, Capitaneatus Knyszynen. sita, de manibus moderno rum

mello iure

nullo iure Possessorum eximere, seu alia iuris via eliberare, exemptaque et li
berata tenere habere, et possidere, cum omnibus fructibus, proventibus, agris,
pratis, hortis, syluis, lacubus, piscinis, vniuersisque attinen. et pertinen. ad ei
quibus eo spectan. ad extrema vitae suae tempora. Promittimusque pro nobis
et Sermis Successoribus nostris, non esse nos eundem Bonaventurae nullum
ab vsu et possne suprascriptarum bonorum amoturos aut alienaturos
amouendiue aut alienan. cuiquam potestatem daturos, Sed saluum et
integrum ius aduocaticium eidem conseruaturos. Post mortem vero ipsi
us non prius dicta bona ad nostram Successorumque nostrorum dispositionem
redibunt, quam summa in literis Originalibus expressa, vel extraxa Commis
sariorum nostrorum proueniens Successoribus ipsius integre numerata et per so
luta fuerit. Juribus nostris Regalibus. In cuius rei fidem. Datum
Varsauiae die Decima quinta Mensis Februarij. Anno Domini
Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Quinto Regnorum nostrorum.

Sigismundus Rex. Jacobus Bakzinski

Consensus Nob. Fælici Załuszkowsky & Felicianæ Coniugibus, ad ceden. Aduocatia in Villa Staropole Dictus Gostinen. in persona Stanislai Załuszkowsky filii ips. dat.

Sigismundus etc. Significamus etc. Dedisse nos dareque praesentibus, Ex.
literis nostris facultatem seu Consensum nostrum, Nobilibus Felici
Zaluskowski et Felicianae de Sucha Coniugibus, de omni ac integro iure
suo aduocatiali, quod ipsi super Aduocatiam in Villa Staropole ex distri
ctu Gostinen. sita, competit Nobili Stanislao Zaluszkowski filio suo
cedere et condescendere. Quae quidem Cessio Iurisque transfusio, postquam

coram quibuscunq Regni authenticis actis recognita fuerit, nos eam ratam gra tamq habituri sumus, vti q praedens Consensu nostro peragetur. Vigore cuius Cessio nis praedictiq Consensus nostri praedictam Aduocatiam in Villa Starapole, cum omni bus attinen et pertinen ad eam antiquitus spectan, agris pratis, campis pis cinis pascuis, molendinis, stagnis, lacubus, siluis commodis fructibus et emo lumentis, prout a praedictis parentibus suis, alijsq retro possessoribus tenebatur et in Originali priuilegio descripta sunt, praedictus quoq Stanislaus Za laskowski teneat habeat, et possideat ad extrema vitae sua tempora. Pro mittimusq nostro, et Serenissimorum Successorum nostrorum nomine nos esse nos cum dem a praedicta Aduocatia vsu et possessione, eiusq attinen quoad vixerit amo turos, sed saluum et integrum ius aduitale ipsi conseruaturos, quod et Sere Successores nostri facturi sunt, Eo vero vita functo non prius eadem aduocatia ad dispositionem nostram redibit, quam summa Originali Priuilegio descripta, vel ex taxa Commissariorum prouenien Successoribus ipsius inte gre persoluta fuerit. Juribus nostris. In cuius rei fidem. Datum Var saviae die Decima Quinta Mensis Februarij Anno Domini Mil lesimo Sexcentesimo Vigesimo Quinto. Regnorum nostrorum

Petrus Gembiczki.

Sigismundus Rex.

Gnoso Stanislao Sulimirsky Aulico Regio, pensio Poddymne dicta, post mortem Georgii Rzeminsky confertur.

r.p. Sigismundus etc Significamus etc Itanos habere grata obsequia, Gnosi Stanislai Strokonin Sulimierski Aulici nostri et Hospitiorum Prae fecti, nobis et Reipub: ab ipsa plane felici, in hoc Regnum inauguratione nostra, summa fide et diligentia praestita, vt quauis offerente sese occasione gratiam et munificentiam nostram, testatam ipsi esse cupiamus. Eam obrem

Vacante

Vacante adpñs morte olim Georgij Rzeminski Aulici nostri pensio
ne fumali vulgo Podymne dicz ab incolis Districtuũ Vlodimirien
et Krzemieneczen quotannis pendi solita, eam ipsam pensionem vna cum
retentis, per pre fatũ Georgium Rzeminski non percepris, ipsi dare et con
ferre essi duximus, prout quidem damus et conferimus pñtibus lite
ris nostris, ita vt eandem pensiom Podymne dicz vna cum retentis per
defunctum Rzemienski non percepris, ab Incolis Districtuum Vlodi
mirien et Krzemieczen repetat, acin futurum quotannis statis solitoz
tempore iuxta morem antiquum vsitatam consuetudinem, et prout à pro
xime defuncto memorato Georgio Rzeminski percipiebatur, exi
gat, leuet et percipiat, iis suos vsus beneplacitos plenissime conuertat, ad
extrema vitæ suæ tempora. Quod omnibus et singulis quorumiterest
præsertim verò Dignitarys Officialibus, ac miuersis districtuũ Vlodi
mirien, et Krzemieczen Incolis notum esse volumus mandanz vt memo
rato Stanislao Starokonin Sulimierszky, eam pensionem iuxta mo
rem antiquum et receptam consuetudinem, quotannis tempore solito, qui
dem defunctus Rzeminski percipiebat, vna cum retentis extradant
et persoluant, extradiue ab alijs curent. In cuius rei fidem. Datum Varsauiæ die Vigesima Septima Mensis
Februarij Anno Domini Millesimo Sexcẽto Vigesimo Quinto.
Regnorum nostrorum Poloniæ.

Sigismundus Rex.

Petrus Gembicki.

Ius caducum Nli Andreæ Komorowsky
post Paulum Ostaszowsky ats No-
gawka de Dictu Ciechanouien,
confertur

x Ex...

Sigismundus etc. Significamus etc. Quia nos bona omnia mobilia et immobilia et immobilia, Summasque quasuis pecuniarum, siue paratas siue alia qua ratione obligatas, et vbicunque locorum existentes, post quendam Paulum Ostaszowski, alias Hozanska, de Villa Ostaszewo districtus Ciechanouiensis, certis legitimisque de causis ad fiscum et dispositionem nostram iure caduco deuoluta, Nobili Andreae Komorowski de Komory, Dąbrowne, eiusque legitimis Successoribus, iure perpetuo et irreuocabili donationis dandum et conferendum esse duximus, damusque et conferimus praesentibus literis nostris eta vt eadem bona omnia mobilia et immobilia, summasque quasuis pecuniarum ac supellectilem domesticam, in auro, et argento, in quibus et iure adest, et in possessionem suam vindicet, teneatque, habeat, et possideat, ac in suos suorumque Successorum, quosque beneplacitos vsus eodem iure conuertat. Quod omnibus et singulis praesertim vero Magistratibus tam Terrestribus quam Castrensibus et Ciuilibus caeterisque omnibus, sub quorum Iurisdictione bona praedicta existunt, notum esse volumus mandamusque, vt requisiti a praefato donatario nostro bona omnia suprascripta, quocunque in loco reperta fuerint vigore praesentis donationis nostrae illi in realem et actualem possessionem tradant et assignent, curentque vt sine quauis mora et difficultate ijsdem bonis potiatur. Pro gratia nostra aliter non facturi. In cuius rei fidem etc. Datum Varsauiae die Decima Octaua Mensis Februarij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Quinto. Regnorum nostrorum.

Sigismundus Rex.

Petrus Gembicki.

Famato Gregorio Ficzek Piscatori, facultas coemendi pisces, pro vsu Curiae Regiae Mtis & absqz cuiusuis thelonei ac vectigalis solutione ad Aulam deducen.

Sigismundus

Sigismundus etc. Significamus etc. Quodcum commendatam haberemus
singularem industriam et promptum obsequendi studium, Famati Grego v.p.
rij Ficek qui in subministratione piscium pro mensa nostra, et totius
aulae nrae, operam suam nobis obtulit, eamque ab aliquot annis contestatus
est, faciendum nobis ad intercessionem quorundam Consiliariorum nostrorum
pro eo apud nos interpositam arbitrati sumus, ut eum in numerum Servitorum
nostrorum assumeremus et cooptaremus, uti quidem assumimus et coopta
mus praesentibus literis nostris. Plenariam ipsi facultatem conce
dendo, piscium huiusmodi coemendorum causa, aliarumque rerum quasque velit
etiam in partes Sylesiae, ubi eorum maior copia haberi potest, proficis
cendi, eosque sive terra, sive aqua, pro opportunitate loci ad curiam nram
deducendi et demittendi, adductosque ubique locorum in Regno nostro tam
penes Curiam nostram, quam etiam in Civitate nostra Cracovien, etiam
absentibus nobis et alibi, verum sive per se, sive per famulos suos expo
nendi et pro libitu suo distrahendi absque ullius Magistratus et perso
narum quarumvis contradictione et impedimento. Praeterea habentes
rationem damnorum quae saepenumero, ob suffocationem piscium suffert, eundem
ex speciali gratia nostra Regia, a solutione Vectigalium, theloneorum,
etiam aquatilium, item foralium quorumvis alias targowego, liberum
et immunem facimus, omnibusque iuribus, praerogativis, et libertatibus qui
bus Servitores nostri de more et consuetudine gaudent, frui et gau
dere ipsum volumus. Quod quidem universis et singulis Curiae nrae
Officialibus, praesertim vero Marschalcis, necnon alijs omnibus Magis
tratibus, Castren, et Civitatum Regni nostri mandamus, ut praefatum Gre
gorium Ficek, pro Servitore nostro habeant, et agnoscant, penesque
omnes praerogativas et libertates superius expressas, quae Servitoribus
nostris debentur conservent, tutumque ac securum ab omni impetitione

quorumuis hominum Conuentionum et Communitat. fieri faciant
Prouisoria nostra. In cuius rei fidem. Datum in Comitijs Regni
Generalibus Varsauiæ celebrat. die Decimâ Quintâ Mensis
Februarij Anno Dñi Millimo Sexmo Vigmo Quinto. Regnorũ
Sigismundus Rex Petrus Gembicki.

Fora annualia, nec non Septimanalia Targi dict. Oppido Grabowiecz conceduntur.

v.g. Sigismundus. &c. Significamus &c. Quia nos oppidum nostrum
Grabowiec, ad meliorem conditionem redigi, commodaq. et vtilitates
ipsius augeri cupien, constituimus in eodem tria fora annualia, siue
nundinas, primas vzé pro festo Purificationis B.V.M. Secũdas:
pro festo Sãcti Casimiri, tertias pro festo Assumptionis in calum
Beatiss.mæ Virginis Mariæ, singulis annis, Septimanalia vero fora, vulgo
targi dicta feria quarta qualibet septimana, per oppidanos Grabo:
wiecen, more reliquorũ Regni nostri oppidorũ agen, frequentan, cele
bran, sine tamen præiudicio aliorum oppidorum, circumcirca existen. Ita
vzé quod omnes homines, sexus, vtriusq. status et conditionis cuiuscunq.
ad hoc ipsum oppidum pro foris præd.is, annualibus, et septimanalibus,
statis temporibus causa vendendi, et emendi, res pro rebus, merces pro
mercibus permutandi, et alia negotiorũ genera exercen, venire possint
atq. in eisdem, et recedendo, nostra et Successorum nostrorũ securita
te et libertate potiantur et gaudeant, nisi tales sint, quos iura et leges
fouere non permittant, et quibus proborum hominum commercia, sint
denegan da. Insuper quo commodius in eisdem oppido artes mechanicæ

ad vsum

ergangener Königl: decreten specifice außgesetzt worden, vndt was einem
oder andern nach außweisung ibbesagter eines jedwedern decreti per sententiam adjudiciret worden vndt pro quota gebühret hette, in eine absonder:
liche tabellam oder formam, die aber itzo in der Kürtze dieser schrifft nicht
inseriret, vndt wegen kürtze der Zeit zu Papier gebracht werden können
künfftig redigiret, ebenmessig authentisiret, vndt in suo vigore erhalten
werden wollen) sich befinden das denn Kinderen erster Ehe, so wohl
auf den Preußischen als Meißnischen güttern, wie auch wegen abnützung
Mütterlichen vndt Veterlichen ertheils halber detractis tamen detrahendis
mehr nicht als 14716 ℔ die ihnen von ihrem brüdern auf der andern
Ehe, nach vnde heraus gegeben werden müssen gebühret hetten. Dessel:
ben aber mit ist benambter Summa nicht allerdings vergünnet vndt zu
frieden seinn wollen. Darvenhero sich letzlichen ferner weitleuftig:
keit vndt beschwerligkeiten vnter ihnen entspringen können dadurch diese
controversia also vmehr vndt mehr protulirt, vndt die gemüter vndt Herzen
noch erger gegen ein ander verbittert worden, weren hingegen die Erben
auf der andern Ehe gleichmessig von ihrem iure obtento nicht abstehen noch mün,
Derhalb vielbemelter Königl: decret dieser sie in specie sieben vor sich haben,

begeben

begeben vndt von denselbigen weichen wollen. Als haben sie demütiglichsten von
beiden theilen auff einrathen vndt gepflogene vnterhandlung des von ihnen beider
seits selbst hier in vorgeschlagen vndt erbetenen mediatrici vndt vnterhändlers
das woledlen gest. vndt vest h. Wolffe von Kreitzen Churf. Brandt. Raths vo
haubtmann zu Angerburgk vnter einander brüderlich freundt- vndt einhellig ver-
glichen vndt vberhaubt vertragen, auf masse vndt weise wie hernach beschrieben
Nemblich daß Gottfried vndt Carll gebrüder aus derer Ehe anstadt mütterlich-
vndt veterlichen erb portion so woll wegen der Nützung der ihn vndt ausländischen
gütter vndt dero zugehörig die alhier im Hertzogthum Preüssen gelegene ge-
stiefsche gütter als Nexlin Preüssen wargen vndt Meuselit mit allen intraden vndt
Nüburgen sambt dem hause zu Gülzenburgck so hero Daniell Olschnitz seinem bru-
der Carll allein abtritt zu ihren besten, wie solche iure hereditario auf sie
devolviret vor sich vndt ihre Erben zubesitzen vnd zuhaben vndt zugebrauchen be-
rechtiget sein sollen, darnebenst wollen ihnen die Erben aus der anderen Ehe nach
zu erfüllung ihrer veterlichen portion, vndt wegen der streittigen zehntausendt
gulden, so auf die ausländische meischnische gütter geflossen vndt gewendet
worden, vor alle vndt iede anforderung, funffzehen tausendt marck preusch
zu zwantzigk gr. in die marck gerechnet mit bahren gelde an gutter gangba-
rer müntze vff künftige pfingsten des her beischliessenden 1625 iahres vnti-
gerlich, vndt auf einen hauffen entrichten, vndt auszahlen mit welcher Summa
geldes mehr besagte Erben aus der ersten Ehe wegen väter vndt mütterlichen
Erb portion sowoll aus den preussischen, als meissnischen Güttern, wie auch ande-
rer verlassenschaft hinfuro vndt zu ewigen zeiten gentzlich vndt volkom-
lichen entrichtet vndt vergnüget sein sollen vndt wollen. Inmassen sie dan
auch künftig vndt nimmermehr bei ihren Gebrüdern aus der andern Ehe
weder durch sich oder ihre Erben vndt Erbnehmen in aller geringsten etwas
wie das auch immer nahmen haben mag oder durch menschen list vndt
witz erdacht werden könte disfalls weitter zufordern oder mit Recht zuzu-
chen befugt sein sollen. Worüber dan auch Carll von der Olschnitz beigeschlo-
gener transaction, am stadt vndt von wegen seines abwesenden bruders Gott-
fried in euentum de rato cauiret, vndt das andere theill des wegen schadlos
zuhalten versprochen. Hingegen haben sie die Erben aus der ersten Ehe auch
widerumb gewilliget angelobet vndt zugesaget. Das ihr bruder Daniell aus
der andern Ehe nicht allein das gutt Warnitz mit allen zugehörigen Ornam-

bten

lten vndt vnberandten pertinentiis vndt Nützungen sonder auch die brüder
anderer Ehe sämptlichen die ausländische meißnische gütter kriegsdorf vndt
wesmer im Stift Merseburgk gelegen vi contractuum et privilegiorum wie
dieselbe von ihren Eltern Iure hæreditatis auf sie verstammet vndt trans
feriret eben gestalt vor sich ihre Erben vndt Erbnehmen Erblich, Eigenthum:
blich vndt ewiglich besitzen, vndt ihren besten nützen vndt gefallen nach dieselbe
sambt vndt sonders vngehindert, ihnen selbsten oder den Erben vndt Erbnehmen
inne haben possediren vndt gebrauchen sollen sambt dem hause zu Elbing gelg
Zu welchem ende sie dan von beiden theilen, die übersolche gütter verhanden
vndt bei sich habende documenta privilegia et contractus, alle vndt iede ein
ander zu trewen handen zugestellet vndt hierdurch ein theill das andere ex
nunc in richtige possession eingesetzet, darbei auch beiderseits allen vndt ieden
gegeneinander habenden ansprüchen vndt anforderungen, wie die immer genen:
net werden möchten hiemit totaliter tam in genere quam in specie expres=
se renunciiret. Sollen also numehro per hanc fraternam et amicabilem
compositionem et transactionem alle fernere process vndt actiones die
sowohl hier in Preussen, als in Meissen dieser streitigen Erbforderung halben
entstanden vndt ventiliret worden gentzlichen vndt aus dem grunde auff
gehoben, mortificiret vndt in abyssum maris vergraben sein. Darbei auch
die interessenten sambtlichen sub vadio zwei tausendt gülden vngl,
welcher der oder die einigen so im geringsten etwas darwieder verhandlen vndt
dieser transaction entgegen de novo et was attentiren würden iedermass
vnnachlessigen verfallen, vndt die helfte davon der hohen Herschaft vndt
die andere helfte dem parth ohne einige ausflucht oder gerichts zwang zu=
erlegen vndt außzuzahlen schuldig vndt pflichtig sein sollen. Wie sie sich dann
noch dazu beiderseits zum allerkreftigsten, als es immer zu recht anbestendigst:
geschehen kan oder mag, verbunden, vndt einander handt gebende versprochen
solche actiones sopitas im aller geringsten nicht wider iure suscitiren noch
diesen freiwilligen brüderlichen vertrag künftig zu impugniren, weni=
niger disputirlich zumachen noch ihren Erben Erbnehmen oder sonsten ie=
mants von ihrentwegen, darwider etwas zuverhandlen vndt vorzunehmen
nachzugeben vndt zuerstatten. Ingleichen sei zum überfluss vndt verhütung

künftiger

künfftiger weitleufftigkeit von allen theilen, der Exception laesionis fraudulentae persuasionis erroris calculi, vndt waß dergleichen Exceptionen sonsten mehr sindt, oder durch menschen list erdacht werden möchten genblichen vndt allerdings bei Adelichen Ehren vndt trawen loco iuramenti wissentlich renunciiret, vndt sich derselben hiemit expresse begeben, vndt haben sie sich numehro vntereinander brüderlich vndt freündtlich außgesöhnet, waß die Zeit hero im schwebenden proceß zwischen ihnen hinc inde vorgegangen auß grundt ihres hertzens einer dem andern condoniret auch einander hinfüro alle brüderl: vndt schwegerliche liebe vndt freundtschafft zuerweisen vndt über dieser transaction steiff, fest, vndt vnverbrüchlich zuhalten, mit handt vndt mundt bei adelichen Ehren vndt trewen angelobt vndt versprochen, alles getreulich vngefehrdt, vndt mit außschliessung aller argen list. Zu mehrer stetter vester auch vnverbrüchlicher haltung vndt beglaubigung obgesetzten allen, haben nicht allein beiderseits contrahenten vndt interessenten vor sich vndt im Nahmen ihrer Erben vndt nachkommen, diesen frei=willigen brüderlichen auffrichtigen vertrag, deren zween eines lauts vndt schrifft gefertiget, vndt iedwentheill einer ediret, nebenst ihren hier=zu erbetenen obgesetzten herrn vnderhändelern, sämptlichen mit eigenenhen=den vnterschriben vndt ihrem angebornen petschafft bekreffiget, Sondern auch vnter ihnen allerseits beliebet, denselben in allen puncten vndt clausulen ratihabiret, vndt einmüttig dahin geschlossen, Solchem stracks nach dato dieses vndt wo müglichen noch Morgenden tages Gnädigster herrschafft ad ratificandum et confirmandum vorzutragen, vndt vmb Extradition desselben sub Electorali secreto vnterthenigst zubitten vndt anzuhalten sig: königsberck den 25 octobris Anno 1624.

(LS) Carll von der Olschnitz, (LS) Wolff von der Olschnitz. (LS) Daniel von der Olschnitz. (LS) Andres von kreitzen (LS) Wolff von kreitzen M Salomon Schreiffer mppa

Confirmiren vndt bestedtigen demnach hiemit vor vns vnsere Erben vndt nachkomende herrschafft oben ein verleibten vertrag in allen puncten vndt clausulen, wollen auch von Meniglichen steiff vndt fest, vndt vnverbrüchlich gehalten wissen Zu vrkundt mit vnserm Churf: Secret bekrefftiget Datum königsbergk den 30 8bris. Ao 1624. (LS) Erbv: fl Johann Hans Truchsen von wetzhausen.

Supplicantische

Supplicatum nobis nomine eorundem Gwoszúm Jo Ephangi Danielis et Christophori ab Olsznic fuit, vt eas dem Literas con cordiæ seu diuisionis authoritate nostra Regia, approbare et con firmare dignaremur. Nos vero attendentes huiusmodi supplica tiõi Suæ iustam, et rationi consonam Literas Præinsertas in omni bus et singulis illius punctis, clausulis, articulis, et conditio nibus vniuersis, approbauimus et confirmauimus esse duximus, appro bamus et confirmamus Præsentibus literis nostris, decernentes eas et om nia in eis contenta, rata firma, valida, et eiusmodi habilia perpetuis temporibus manere, roburq debitæ firmitatis obtinere debere. In cuius rei fidem &c Datum Varsauiæ XXVI Mensis Martij Anno quo supra.

Sigismundus Rex. Petrus Gemburzky

Referendariatus Regni Rñdo Henrico Firley confertur.

Sigismundus - Significamus &c Nihil Regno &c. Principi gloriosius accidere posse quam culmen Maiestatis suæ Laude insuetæ videre celeberrimum, et florentissimũ. Hæc enim imperia, regna populi, ciuitates constant, hæc sublata sum ma imis commista corruunt Vniuersæ Respublicæ collabuntur

Veteri esse studii qui rerum potiebantur, quo sub ipsorum auspicijs iustitia, vti omnium imperiorum fundamentum floreret in id semper incumbebant, vt viros qui Iudicijs praeessent, eligerent, iuris et ius titia acerrimos defensores, consilio graues, iudicio maturos in rebus Ciuilibus prudentes. Idipsum etiam et nos ab ipso felicis nostrae in Regnum hoc, inaugurationis tempore sacrosancte semper in mandandis honoribus et Magistratibus obseruauimus Offi: aque Regni nostri viris non tantum vetustate, splendoreque familiae illustribus sed etiam vitae, et morum innocentia conspicuis, iuris pa trij et legum publicarum peritis hactenus demandauimus. In ter caetera autem Officia munus Referendary tale est, vt à Sermis Praedecessoribus nris nullum aliud quod uel ad ma iestatem Tribunalis nostri Regii retinendam, vel ad graui tatem Iudiciorum conseruandam, uel ad leuandos et excipiend supplices eorumque querimonias audien, vel ad status causarum earumque inuoluta explicanda, sibique referenda, uel deniqz ad Praefectorum contra Subditos coercendam licentiam utilius, et salubrius reperiri possit. Quod quidem munus cum sit graue laboriosum difficile, et maleuolorum inimicijs expositum, uirum etiam exigit magno ingenio, excellenti consilio perfecta iuris peritiam et virtute spectatum et cognitum. Qua de causa uacante ad praes per euectionem Rndi in Chro Patris D. Hieronymi Cieleczki ad Epatum Plocen. comunere, diuque nobis, et multum deliberan

cui id

cui id ex nostra dignitate, et pro magnitudine officij recte confer-
ri posset, occurrit inprimis Reverendus Henricus Firley de
Dambrowica. Hactenus est ille peruetustum Firleiorum prosapiæ
genus qui semper, tam in toga quam in armis nulli unquam in Republ:
hac primas concessere. Siue enim armatam species Rempubl: enar-
rant annales fortia ipsorum à longissima temporum serie gesta, enar-
rant suscepta et inuicto animo superata pericula: si togatam consi-
deres testantur tituli Senatorij non otioso nomine ipsis attributi, Sed
eorum seculis, nihil nostra ætas inuiderit, si præsentem eiusdem
familiæ statum aduerterit. Retinet illibatum antiquum prosapiæ
suæ florem adeò, ut ad ipsius amplitudinem nihil quicquam maius
addi possit, Atque si cæteros silentio prætereamus gerit ad præs:
atque dignissime Primatum Reipubl: administrat, Rdsmus
in Chro Pr D. Henricus Firley de eadem Dambrowicza
Archiepus Gnesnen: vir grauissimus, multis antehac in Regno
hoc muneribus summa cum laude perfunctus, et postmodum ad hoc
supremum honoris fastigium euectus. Hisce maiorum suorum vesti-
gijs insistens frater Rdus Henricus Firley de Dam-
browica iuuenilem suam ætatem honestissimis literarum studijs
formatam, exterarumque deinde gentium cognitione perpolitam
in patriam denuo reducem nostris seruitijs consecrauit. Vbi tan-
ta singularis modestiæ, vitæque et morum integritatis exempla
reliquit, ut non inani spe maxima de eo nobis polliceamur.

Cui quidem nostrae de re concepta opinioni ita abunde satisfecit
vt nihil sit quod vltra ipsius non deberi arbitremur. Ea tamen
ipsius est in negotijs exactan, aty expediendis facilitas, ea mo-
rum comitas, eloquentiaque suauitas vt omnia naturam atq; ipsi data
fecerit quod amitt copia eorum concredita dixeris. Quare fe Liabus
auspicijs eundem oneri huic praesen officioq; Referendarii
tus vacanti plena voluntate sufficimus, atq; Referendarium
Regni renunciauimus, prout sufficimus et renunciamus praesentibus
Literis nostris, per ipsum ad extrema vitae suae tempora, ve Ladma
dum a Licuius Lignitatis assecutionem cum loco prerogatiuis et
commodis vniuersis, munus hoc ve l lege ve l antiqua recepta con
suetudine concernen tenen et obeundum. Quod omnibus et singu lis
quorum interest praesertim vero dignitarijs, officialibus vniuersq;
Nobilitati, Regni ac Dominiorum nostrorum adnotiam
Deducen mandamus, vt praedictum Rdum Henricum Firley
de Dambrowica pro vero ac legitimo Referendario Regni
agnoscant, iurisdictioni ipsius pareant, de loco prerogatiuis
commodis, et obuentionibus vniuersis ad idem munus ve l lege ve l
antiqua consuetudine spectantibus ipsi respondeant respondeq;
ab alijs quorum interest curent. Prograria. In cuius rei fi
dem praesentes manu nra. Datum Varsouiae die XIV Mensis
Martij Anno Domini MDCXXV.

Sigismundus Rex. Petrus Gembicki

Mundavit

Nundinæ Oppidi Mosina.

Sigismundus &c Significamus &c Quod cum progratia nostra Regia &c.
libenter per omnem occasionem subditorum nostrorum rationes et utilita
tes promoueamus, cupiamusq; ut comoditatibus sumere possint incre
menta, facile dedimus id petitioni Casi Stanislai Zadorski Secreta
rij et tenutary Oppidi nostri Mosina in Pallo Posnanien consis
tens et Magistratus Ciuilis eiusdem Mosinen nomine apud
nos interposita, ut ipsius mercatus, sue nundinas duas in anno
construeremus prout constituimus præsentibus literis nostris pri
mas quidem pro quo libet festo S. Stanislai Episcopi et Martyr
is, secundas uero pro festo S. Michaelis Archangeli cele
brary citra tamen præiudicium uicinarum aliarum Ciuitatum et
Oppidorum. Perquibus quidem nundinis, liberum esse uolumus
omnibus cuiuscunq; generis hominibus, mercatoribus, negotiatori
bus et artificibus, cum rebus pecudibus, pecoribus et mercibus siue
ad uictus sui ad negotiationes uenire, et eisq; quæ illis uisa fuerint
emere, uendere, et negotiari, res pro rebus, merces pro mercibus permuta
re et alia quæ negotia licita et honesta agere, tractare et conficere omni
busq; conueniendi tutus atq; liber accessus patere debet nisi fors tales

aliqui fuerint quos iura publica fouere non permittant ex quibus consortium bonorum iure ac merito sit denegan. A mercibus uero atrebus quibus ues adductis foralia iuxta consuetudinem et morem in cæteris Regni nostri Ciuitatibus obseruatam pro commodo Ciuitati ab hominibus illuc confluen exigenda erunt. In cuius rei etc Datum Varsouiæ die XXIX Mensis Martij. Anno quo supra.

Sigismundus Rex Petrus Gembicki R. M. S.

Fundatio Religiorum Prum prædicatorum Ordinis S. Dominici in Ciuitate Nouogarden

v.R. Sigismundus etc Significamus præsentibus literis nris perpetuo et in æuum. Longa docuit experiencia, et diuturna orbis Christiani praxis, ea potissimum floruisse Regna, eaque uiguisse imperia, quæ cultum diuinum firmiter tenuerunt, eas fuisse ualidas et fortunatas prouincias, quas Religio et pietas stabiliuit. Nos itaque cum diuina miseratione et singulari beneficio Arcem nram Smolenscen, cæterasque prouincias nostras iniquissime ab hoste nostro Mosco sub tempus pacetorum et perpetui fæderis raptas, primum quidem nostra sub Smolenscum Deinde uero Sermi Principis Vladislai Filij nostri charissimi sub metropolim Moschouiæ expeditione et felici utriusque nostrum periculo recuperauerimus, et Dominijs nostris

in quibus

à quibus annulsa erant restituerimus, coinprimis studia et cogitationes
hostras conuertimus, vt honorem quoq; diuinum, et veræ pietatis
Christianæ, cultum superstitiosis Moscorum moribus respersum
ibidem restitueremus, et quantum in nobis est, exornaremus. Proinde
tum veteræ Sanctæ Romanæ Orthodoxæ Religioni Gentis
Moscorum malignitate collapsa omni conatu restauranda, tum
nouæ erigendæ, et nostri quidem obsequij, et gratificationis testimonia
diuini autem beneficij monimenta et laudanda existimauimus. Cum
vero Vtii Religiosi spontanea nuper abdicatione honorabiles
ad propagandum Dei honorem, Lucrumq; animarum faciendum
tum pietatis Zelo cum doctrinæ excellentia, tum vitæ exemplo lu
cirnum valeant, facile adducti sumus, vt sacrum Beati Dominici
ci Prædicatorum Ordinem, et vitæ sanctimonia, et virtutum exer
citijs, et Doctrinæ grauitate, et prædicationum felicitate et plu
rimis in Ecclam Dei et salutem animarum meritis, ipsa denique
vetustate celebrem, in Ciuitatem nostram Nouogardensem intro
duceremus et fundaremus, vti quidem introducimus et fundamus
ea tamen conditione, vt curam animarum eius Loci, quam vltrò
in se receperunt gerere, et Smo Lenscensi Episcopo subesse teneantur
ad cuius Diœcesim Conuentum supranominati ordinis Nouogrodi
ensem debere pertinere declaramus. Eidemq; Conuentui Locum
pro templo et cœnobio in Ciuitate nostra Nouogardensi, alium
verum Locum in arce propter omnem periculi euentum à Reuis
re modo designatos appropriamus, sortiemq; quoq; commodum

designari mandauimus. Vt vero prædicti Ordinis Religiosis Conuentus Nouogardensis meliorem viuendi rationem prouidere mus, dotem quoqz certam assignauimus et præsentibus assignamus nominatim vero Villam Poloszkowo ad fluuium Sleporodka Villam Tuliglowy ad fluuiolum Reta villam Wlanowo ad fluuiolum Lokna in Capitaneatu Nouogrodenz sitts, tum et lacum nostrum Lusyno, et medietatem Lacus Roma nuncupati, eidem Conuentui Nouogardensi in perpetuum applicamus et incorpora mus. Ita tamen vt prius Villæ prædictæ fundiqz earum per Geometram nostrum iuratum, scitu et designatione Capitanei nostri præsentis Nouogardensis in quadringentos Laneos cum syluis alś Włoki redigantur et aggeribus circumsepantur et limitentur ne in posterum lites et discordiæ inter Subditos excitentur. Addimus insuper et in perpetuum donamus eidem Conuentui prædicti ordinis Nouogardiensis, post agros et pascua Ciuitatis nostræ Nouogardensis Laneos quinquaginta a Reuisore nostro designanz et per Geometram nostrum iuratum mensurandos, et dislimitandos. Eaqz bona omnia Conuentus Nouogardensis libertatibus et immunitatibus Sanctæ Romanæ Eccl[iæ] adiungimus, ita tamen vt et iuri Communi Regni nostri subsint in quantum aliorum quoqz Religiosorum in Dominijs nostris existentium, possessiones subsunt: Iuribus tamen Sanctæ Romanæ Eccl[iæ] saluis. Quæ quidem bona prædicto Conuentui Nouogardensi a nobis in perpetuum donata

et incorporata

et incorporata et inprimis quidem templum cum Corpbio et horto loco
in Arce designato fundos omnes prenominatos modo tamen suprascri
pto tingendos Religiosi Conuentus Nouogardensis Ordinis Pradi
catorum, cum omnibus subditis presentibus et inposterum futuris cum
censibus, et regimine, cum agris, pratis, syluis, nemoribus fluuijs lacu
bus, piscationibus, uenationibus, molendijs, cateris omnibus usibus fru
ctibus, et quibuscunq reditibus intra limites suprascriptos contentis, et in
posterum adinueniendis, tum et Lacum Lusino, et medietatem Lacus
Roma dicti pacifice tenebunt, possidebunt, et uixta prascriptum
Sancta Romana Ecclia Ordinisq sui perpetuis temporibus utifru
entur et potientur omnibus prerogatiuis, ordini suo debitis et consue
tudine competentibus gaudebunt, pro nobis autem et Successoribus nris
ac tota Regni nostra Deum Opt Maximum exorabunt eiusq
honorem omni studio et conatu promouebunt. Cupieremus autem decem
adminimum Religiosos successu temporis quando Subditorum numerus
et reditus creuerint, in Conuentu Nouogardensi ordinarie residere
Obligabitur preterea idem Conuentus Nowogardensis
in perpetuum, ex ui huiusce Priuilegij nostri in perennem
gratiarum actionem et uiuam praclari diuini beneficij memo
riam, quod nobis et Reipublica nostra in recuperatione
per nos Ducatuum nostrorum Smolenscensis Seueriensis

Czernicoviensis collatum submisse profitentur, semel ut minimum quolibet anno, mense, gratissimo et solenni Missae sacrificio sacrosanctam et vivificam hostiam supremo trinoque numini praesentare et precari, ut eas Provincias, quas nobis et Reipub. nostrae benigne restituit, clementer tueri et manu sua potenti dignetur ab hoste defendere, verumque et inviolatum sui in eis cultum, quam diutissime conservare. Quae quidem omnia suprascripta perpetuae firmitatis robur obtinere volentes praesentes manu nostra subscripsimus, Sigilloque nostro communiri iussimus. Datum Varsoviae Anno Dni MDCXXV. Mensis Martij die XX.

Sigismundus Rex

Andreas Szoldrski

Consensus ad ceden̄ de Villa Kulaszne in Captū Sanocen̄ sub Gnosā Helizaboth Giebuttowska in personam Ioannis Leszczynski datus.

Sigismundus Tertius Dei grā Rex Poloniae etc. Significamus
nh. Quod cum Gnosa Helizabeth Giebultowska relicta vidua Gnosi olim Nicolai Swiechowski Iudicis Terrae Sanocensis in Animum induxisset de toto ac integro iure suo advitalicio sibi hactenus super

bonis fundi

bonis fundi Plosce, necnon Villa Kulasyny dicti, cum suachduo
catia in Capitaneatu Sanocen existen, seruien cedere et condescen
dere illud in personam Egregii Joannis Leszczynski, eiusdem Terra
Sanocen Subdiius transferre et transscribere. Nos eiusdem Egregii
Joannis Leszczynski eximiam uirtutem, promptumq; deuotis ac
Reipub. benemerendi studium, potissimum in Conuentibus particula
ribus Regni sapius nobis contestat, perspectq; abunde commendatha
beamus facien, nobis essi duximus, ut in eam Cessionem Consensum
nostrum daremus et concederemus, uti quidem damus et concedimus
presentibus Literis nostris. Qua quidem Cessio uiriusq; transfusio
postquam officiose facta et recognita fuerit. Nos eam ratam et gra
tam habituri sumus. Eiusq; uigore ac presentis consensus nostri be
neficio bona suprascripta omnia, cum omnibus attinen, pertinen, fructibus
emolumentis prouentibus, uniuersis in genere, et singulis in specie, nullis
penitus exceptis, prout à predicta Egrega Elizabetha tenebantur
et possidebantur, idem quoq; Egregius Joannes Leszczynski tenebit
et possidebit, ad extrema uita sua tempora. Promittimus pronobis et
Sermis Successoribus nris, nonesse nos ipsum ab usu et possione dictorum bo
norum amoturos nec amoueri aut alienari cuipiam statum facturos
sed saluum et integrum iis ad uitalitium ipsi conseruaturos. Quod et
Sermi Successores nri prestabunt. Ratione cuius adiuitalitatis quartam
prouentuum partem Romam quotannis exprascripts Legum inferre

tenebitur. Dec Aduocatia uero non prius Successores eius cedere te
neantur, donec summa ibidem descripta, uel extuta Commissariorum
proueniens, tota et integra ipsis persoluta fuerit. Iuribus nostris Re
galibus Reipublicæ et Ecclesiæ Catholicæ salvis manentibus.
In cuius rei fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo
Regni communiri iussimus. Datum Varsoviæ die Tertia
Mensis Aprilis Anno Dñi MDCXXV°.
Sigismundus Rex Petrus Gembicky R. M. S.

Magco Stanislao Koniecpol
ski Palatino Sendomirien. Vil
la Krutoborodynce confertur

v. h. Sigismundus &c. Significamus &c. Illustria Magci Stanislai
a Koniecpole Koniecpolski Palatini Sandomiriens. Exer
citium Regni Campestris præfecti, Vielunen. Boren. Zarnowiecen.
ac Rodomen. Capitanei nri, in nos et Reipo: hactenus ita nos
sibi deuinxisse, ut quantum ei nobis est gratificationem ipsi quauis occasione libentissime contestemur. Par
tem censemus, ac cuius hunc eius hostilis et repentini incursus reprimendi ac
cendi, pacificusq Reipo: status inducendi incumbit, cuius uestigia semper
seruitoni beneficij gne à nobis habeatur ratio. Qua de causa nos gratum ipsi

ad praesens Villam nostram Krutoborodyncze in Palatinatu Podoliae et Capitaneatu Barensi sitam, morte Generosi Sierakowski Dapiferi terrarum Podoliae, ad nos dispositionemque nostram devolutam, dedimus et contulimus, prout damus et conferimus, praesentibus literis nostris, per ipsum cum omnibus agris, pratis, campis, stagnis, lacubus piscinis, subditis, colonis, attinentiisque et pertinentiis generaliter Universis, tenendam habendam et possidendam, ad extrema vitae suae tempora. Promittimusque pro nobis, et Serenissimis Successoribus nostris, quod quamdiu praedictus Magnificus Palatinus Sendomiriensis in vivis extiterit, eum nos in usu et possessione advocatiali eiusdem Villae, Krutoborodyncze illaesè conservaturos, quod et Serenissimi Successores nostri sunt facturi. Ratione cuius advocatialitatis, ipse quartam proventuum partem Ravam quotannis inferre tenebitur. Iuribus nostris Regalibus Reipublicae, Ecclesiaeque Catholicae salvis manentibus. In cuius rei fidem etc. Datum Varsaviae die va Mensis Aprilis Anno Domini MDCXXV. Regnorum nostrorum.

Sigismundus Rex

Petrus Zembicky R. Mtis Secretarius

Datur consensus Illustri et Magnifico Stanislao à Koniecpole Koniecpolski Copiarum Campestrium Praefecto nec non consorti ipsius ad cedendum de Praefectura seu Capitaneatu Zarnouecensi.

vulg.

Sigismundus &c Significamus &c: Cum Dignissimâ optimo Principe Laudem semper desiderauerimus, eorum virtutes, quorum fortia facta, et res in maximis negotijs ex dignitate, et vtilitate publica praclare gestæ spectatæ et exploratæ sunt - præmijs auctas, exaggerare faciendum nobis esse duximus, vt quanto in dies maiora et illustriora sunt Magci Stanislai Koniecpolscij de Koniecpole Palatini Sandomirien. Copiarum Campestrium Præfecti, Vretunen. Baren. Kouelien. Zarnowieccnsisq nostri Capitanei, in nos et Rempublicam merita, tanto frequentiora, benignitatis, et propensæ erga ipsum voluntatis nostræ extent argumenta - Quare postulantibus id potissimum rationibus, facile inid consensimus, consentibusq præsentibus, vt ipse cum Magnifica Cristina de Wisznicz Consorte sua Legitima de omni et integro iure suo abdicaty, quod ipsis in solidum super Præfecturâ seu Capitaneatum Zarnowiecen. in Palatinatu consisten. competebat cedere et condescendere, illudq in personam transferre et transfundere possit et valeat. Qua quidem Cessio, cuiusq transfusio prout coram actis quibuscunq Regni nostri authenticis facta et recognita fuerit, nos eam ratam et gratam, vti eam qua mediante consensu nostro peragetur habituri sumus. Cuius Consensus nostri et eiusdem Cessionis vigore prædictus eundem Capitaneatum, cum Oppido Zarnowiec, villis, prædijs Aduocatijs Salsetijs, molendinis, tabernis, theloneis, mineris,

ferayb

ferrarijs, cmeconibus, subditis horculanis, Incolis, pratis, campis pa
scuis, syluis nemoribus, stagnis, piscinis, commodis, censibus prouentibus, ui
litatibus fructibus attinen, pertinen, et obuention, uniuersis, uti prout supra
dictis Magus Conuigibus Lonciposlich, et eorum predecessoribus, tene
batur, tenebit habebit et possid ebit, ad extrema uita sua tempora. Pro
mittimus uero pro nobis et Sermis Successoribus nris, quod predictum
abusu et possione predicti Capitaneatus Zarnuice
cen, quoad in uiuis extiterit non amouebimus, nec amouen, cum ei pos
testatem dabimus, quinimo ipsi imus integrum, et illum ad uitale
conseruabimus, idem, Successores nri facturi sunt. Ratione cuius ad uti
talitatis quartam prouentuum partem Ruam quotannis iuxta
prascriptum legum inferre. Subditos in consuetis laboribus et one
ribus non aggrauare, edificia sarta tecta, conseruare Syluarum
diligentem custodiam ne deuastentur habere tenebitur. In cuius
rostris Regalis in cuius rei fidem &c Datum Varsouia die quinta
Mensis Aprilis Anno quo supra.

Petrus Zembicki RMS.

Sigismundus Rex

Ius caducum Ioanni Bogatko post quos-
dam Ioannem Sarnowsky et Ioannem
Kaczkowsky confertur.

Sigismundus &c Scamus &c Quia nos bona omnia mobilia et immo
bilia, summas q quasuis pecuny suie paratas suie aliqua

ratione obligatas ubicunq locorũ in Regno et dominijs nr̃is existen.

post quosdam Joannem Parnowski in Ratrũ et Joannem Korz

kowski de Zlewody in Terra Dobrzynen. commoran. ad fiscum et dispositio

nem nram Regiam certis ex causis iure caduco devolut. Gn̄so Joanni Bogat

ko Cubiculario nostro dan. et conferen. esse duximus damusq et conferimus

praesentibus literis nostris, per eundem Joannem Bogatko et eius Suc

cẽres legitimos praefata bona sibi per nos donata, cum omnibus eorũ fructibus

utilitatibus, proven. attinen. et pertinen. universis, tenen. haben. pos

siden. nec non dan. donan. venden. commutan. in suosq ac suorũ Succe

ssorum quosuis beneplacitos usus pleno et perpetuo iure convertent. Quo

omnibus quorũ interest praesertim vero Magistratibus quibusuis

tam Castrensibus quam Civilibus Palatinatus ____

et Terrae Dobrzynensis, alijsq omnibus cuius iurisdictioni bona

praedicta subsunt notum esse volumus mandantes ut praenomi

nato Donatario nostro, vel ipsius mandatario bona omnia quae

uspiam reperta fuerint in realem et actualem possnem tradant

invadendaq ezorum bonorũ possessione ipsi praesto adsint Pro

gratia nostra aliter non factura In cuius rei fidem. Datũ Varso

viae die quinta Mensis Aprilis Anno quo supra.

Sigismundus Rex Petrus Gembicki RMS.

Datur consensus Nobili Nicolao Mi:
lewski ~~eximendi~~ cedendi Molendinum Ru
da nuncupatum sub Oppido Przasnisz consistentem

Sigismundus m.

Ex.

Sigismundus etc. Significamus etc. Consensisse nos consenti-
reque praesentibus Literis nostris, Nobili Nicolao Milewski Servito-
ri nostro, ut possit et valeat, de omni et integro iure suo advitali sibi
super molendinum Ruda dict. sub Oppido nostro Przasnisz existen.
servien., Nobili Jacobo Plawski cedere illudque in persona ipsius
transfundere et transferre. Quae quidem Cessio posteaquam coram
actis quibuscunque Regni authenticis facta et recognita fuerit,
nos eam ratam et gratam habituri sumus, uti quae de consensu nostro
peragetur, Vigore cuius Cessionis, ac praesentis consensus nostri memoratus
Nobilis Jacobus Plawski praefatum Molendinum Ruda cum
omnibus suis agris, pratis, campis, sylvis, attinen. et pertinen. uni-
versis antiquitus eo spectan. tenebit et possidebit ad extrema vitae
suae tempora. Promittimusque pro nobis et Serenissimis Successoribus
nostris, non esse nos memoratum Jacobum Plawski ab usu
et possessione dicti molendini amoturos, nec prius post decessum
ipsius ad nostram dispositionem recepturos, quam Summa legiti-
me inscripta Successoribus eius integre persoluta fuerit. Quibus
nostris etc. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae IV Men-
sis Aprilis Anno Domini MDCXXV.
Sigismundus Rex. Petrus Gembicki R. Regni Secretarius

Procancellariatus Regni Rndmo Stanislao Lubienski Episcopo Luceorien-
si confertur.

Ex. Sigismundus etc. Significamus etc. Magnam publicæ felicitatis partem esse si in ijs magistratibus muneribusque conferendis quibus Regnorum salus, et vniuersæ gubernationis fortuna successusque innituntur Regum Principumque iudicium non aberret. Ideò præcipuæ nobis curæ fuit, cum Officiorum dignitatibus virorum excellentium virtutes et merita comparare, in eo enim et dignitatem Maiestatis nostræ, et Reipublicæ felicitatem versari semper arbitrati sumus. Quocirca vacante Officio Vicecancellarij Regni cui concredendum per nos committendumque esset, dum suffragia circumferremus, grata nobis vitæ virtutum meritorumque commendatione Reverendi in Christo Patris Domini Stanislai Lubienski Episcopi Luceoriensis recordatio occurrit. Eam enim præclaræ de se existimationis famam adeptus est, et sustinet, vt vera et incorrupta, laborum studiorumque via ad consequendos honores et gerendos integerrime Magistratus contendisse dignoscatur. Ea præterea familia ortus, quæ non modo antiquissimis maiorum stemmatibus coruscat: verum amplissimis in Republica honoribus pares animos viresque semper gessit. Huic domesticæ vetustissimæ Nobilitati raram eruditionis celebritatem adiecit, eamque sua virtute pietate rerum vsu peritiaque scribendi laude tuetur, quod continuo et syncero labore maxima et grauissima Reipublicæ negotia tractando felicissime comprobauit, nec quidquam tam arduum aut difficile duxit quod non pro dignitate nostra tuenda augendaque ac bono publico susciperet. Luculenter id testari possunt Priuilegia et acta publica vniuersa Reipublicæ apprime necessaria quæ à maioribus

nostris

nostris quasi neglecta et vetustate deperdita
fuerunt - Hac ipse ex mandato nostro plurimum laboris huic parte
insumendo non modo diligenter revidit et ordinavit, sed omnia cum
conventa summarie et accuratissime conscripsit, ato perpetuâ in archivis
posteritati reliquit. Femina quoq; profectioni nostra in hereditum
Regnum nostrum et asperos tumultus, ato discrimina adhuc pensi illuc
quoq; Fidelis animi studium operaq; pretiam et individuum obsequium
annuit, vbi inter domesticarum seditionum rumorum ferociam Alti
nostra dignitas, salusq; oppugnabatur. Tam probata pridem
fidei et dexteritatis specimen magis magisq; admirantes primo
Cancellariæ nostræ regendæ munus illi concedere voluimus in quo
cum probitatis ac eminentis doctrinæ summæ prudentiæ in rego:
tijs Reipubl. expediendis argumenta clarissima ederet morum
integritate et meritorum suffragante. Episcopali dignitate cum
Senatorio ordine connecta ornandum esse censuimus. Quem etiam
nunc, cum tam singularis prudentiæ, et auctoritatis virum officium
Vicecancellariatus postulet vtro benevola animi inclinatione cum
fragantibus servitijs Senatus nostri in Vicecancellarium Regni
sacramenti honori et labori assciendum et cooptandum esse
duximus vti quidem scriptis literis asciscimus, cooptamus
cum omni eas amplissima potestate, quâ decuit et recepta con
suetudine ad hoc Vicecancellariatus munus pertinet ad maioris
alijs dignitatis assecutionem tenendis et obinendum.

Quod ad notitiam omnium et singulorum quorum interest deducen mandamus vt praefatum Rndum in Chro Prem Dnum Stanislaum Lubienski Epum Luceorien pro vero et legitimo Regni Vicecancellario habeant et agnoscant eique de loco et omnibus proventibus ac obuentionibus ad hoc Vicecancellariatus munus ex antiquo spectan respondeant, et ab alijs respondere curent - Pro gratia nostra etc. In cuius rei fidem etc. Datum Varsaviae die VI Mensis Marij Anno Domini M DC XXV.

Sigismundus Rex. Petrus Gembicki R. M. S.

Conseruatio Bartolomei Kurp Molendinatoris de villa Codenice circa Molendinum in fluuio Olesznica ad praefatam villam Codenice consistens.

Ex. Sigismundus etc. Significamus etc. Quia nos ad supplicationem Bartholomai Kurp Molendinatoris in Villa nostra Godynice Capitaneatus Siradien apud nos factam, faciendum nobis esse duximus, vt eum in pacifica possone eius molendini in fluuio Olesnica iacen ad praefatam Villam Godynice pertinen nec non vsu tertiae mensurae ex eo molendino prouenien relinqueremus et conseruaremus, quemadmodum relinquimus et conseruamus, ac iuxta ius aduocaticium et antiquum eius praedecessorum vsum praesentibus literis nris ad extrema vitae ipsius tempora, ita vt praefatus Kurp dictum Molendinum cum omnibus agris, pratis, campis, attinen et pertinen generaliter

Vniuersis

vniuersis ex antiquo spectan, teneat habeat et possideat. Promitten,
pro nobis et Ser^mis Successoribus nostris, quod eandem à possone et vsu
dicti Molendini omniumque eius attinen, non amouebimus, neminique
amouendi potestatem dabimus, imò saluum et integrum ius aduitale
ipsi praestabimus. Ea tamen conditione, vt thesauro seu Aerario
nostro, censum dationque consuet, soluere tenebitur, ad alia onera
non obligatur. Quibus etc. In quorum Fidem etc. Datum Varsaviae
die IV Mensis Aprilis Anno Domini MDCXXV°.
Sigismundus Rex. Sigismundus Twardowski.

Bona omnia quorundam Isaaci ab Ekien Hermani Wolff et Marsily Philipson Nobili Iacobo Iacobsonio conferuntur

Sigismundus etc. Significamus etc. Quod etsi iam ante annum s.n.
Nobili Jacobo Jacobson Officina nostra Monetariae Prouisori
intuitu Fidelium ipsius seruitiorum, quae hactenus nobis et Reipub.
praestitit, et in posterum praestiturus est, bona omnia mobilia et immo
bilia summasque quasuis pecun, tam paratas, quam aliqua ratio
ne obligatas, nec non aurum et argentum, tum et debita vbicunque
locorum et apud quascunque personas, in Regno et Dominiis nris
existen, post quosdam Isaacum ab Eken, Hermannum Wolff
et Marsilium Philipson, aliosque ipsorum socios et complices, quo
rum nomina et cognomina hic pro expressis haberi volumus, cer
tis legitimisque de causis ad nos fiscumque nostrum devoluta

perpetuæ et irrevocabilis donationis nostræ vire declarimus, ac con
tulerimus, tamen ne dubium aliquod subrizetur, aut in alium quã
mens nostra fuit, Privilegij nri verba interpretationẽ trahantur, ita
voluntatem nostram declarãs censemus Privilegij nostri superius
elucidãs esse duximus, præsẽtibus literis nostris declaramus, atq; elu
cidamus, nos illud quoq; aurum et argentum quod præfatus Isaa
cus ab Eken cautionis loco in Judicio Sabinali deposuit, et quid
quid eidem adhæret, prius nostra donatione comprehendisse om
nemq; juris nostri Regij prætensionem nihil pronobis et fisco nostro
reservando dicto Jacobo Jacobson antea concessisse, concedereq;
vigore præsentis rescripti nostri. Quod ad omnium et singulorũ Ma
gistratuũ Regni Dominiorumq; nrorum tam Castren quã Civili
aliorumq; quorum interest, præsertim vero Civitatis Gedanensis
notitiam deducimus mandamusq; vt requisiti à prædicto Dona
tario nostro suove ipsius mandatario nos eadem omnia mobilia
quidem et summas pecuniarias, aurumq; et argentum, nec non de
bita omnia exradi immobilia vero sicubi reperta fuerint, officiose
intromitti faciant, et vt primũ quoq; tempore emissq; donoris nrõ
fructum Donatarius noster assequatur omnino curent. Progra
tia nostra. In cuius rei fidem &c. Datũ Varsaviæ die Va Mensis
Aprilis Anno Domini MDCXXVo
Sigismundus Rex. Christophorus Lode R. Mis.

Legitmō Ioanni Liuens collata

Sigismundus rẽ Significamus rẽ Supplicatum est nobis nominė Ioannis Liuens ex illegitimo thoro procreati, vt hanc ortus maculam ipsi abstergere, cumq iure Legitimorum donare dignaremur, subueniendum ei eo et conditioni eius, et perclaris ad honestissima quaqz conatibus putauimus. Eum itaq abstersa omni natalitiorum macula authoritate nostra et ex plenitudine potestatis nostræ Regiæ legitimandum esse censuimus, vti quidem legitimamus, omnemqz eam procreationis maculam, quæ eidem obijci possit, ac vniuersos defectus, in eadem procreatione illegitima emanatos, et emanandos abolemus, et habilem ac idoneum, tanquam si legitimo matrimonio procreatus esset, ad omnes honestos actus perficiendos, inscriptiones et recognitiones faciendas, testamenta condenđ, legata adeunđ tum ad obeunda quæuis munera et muria publica officia et dignitates gerendas, aliasque omnes prerogatiuas, quibus legitimi de more et consuetudine gaudent, omnibus deniq́ beneficijs iuris fruendum, facimus, declaramus, et pronunciamus. Quod omnibus et singulis Subditis nostris, cuiuscunqz status, conditionis, et dignitatis fuerint notum esse volumus, mandanđ eisdem ut prædictum Ioannem Liuens pro legitimō habeant, reputent, ac iudicent, atq in omnibus tam publicis quam

v.p.

priuatis locis, pro legitimo haberi et iudicari faciant, neq eo nomine quicquã illi quod natiuitatem ipsius tangat, exprobrent, aut ab alijs exprobrari patiantur. Pro gratia nostra et sub pœnis in detractores famæ alienæ sanctitis qui præsentibus literis nostris contrauenire au sus fuerit. In cuius rei fidem præsẽs manu nostra subscriptas sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ die v Mensis Aprilis. Anno Domini M DC XXV. Regnorũ ꝛc

Sigismundus Rex. Christophorus Lode.

Consensus ad ceden Moyzam in Dotũ Venden sittam Nobili Fabiano Plater in personam Nobilis Georgij Meer, feldt datus.

v. R. Sigismundus ꝛc Significamus ꝛc Consensisse nos et permisisse consentireq et permittere præsentibus literis nr̃is Gñoso Fabiano Plater Vexillifero nostro vt possit et valeat, de toto et integro iure suo feudali, quod sibi super Lubey Moyzam, in Districtu Venden sitam competit, cedere, illudq in personam Nlis Georgij Meerfeldt Subditi nostri transfundere. Quæ quidem Cessio iurisq transfusio, posteaquam coram quibuscunq Regni vel Magni Ducatus Lithuaniæ, aut etiam Liuoniæ autenticis actis facta et recognita fuerit nos eam ratam gratamq habituri sumus, vt pote talem quæ præcedente hoc consensu nostro peragetur, vigore huius consensus Cessionisq

sibi factæ

sibi facta memoratus Meerfeldt dicta bona Lubey Mayzam cum
omnibus et singulis eorũ bonorum attinen, et pertinen, agris tam cultis
quam incultis, pratis, pasuis, stagnis, lacubus, Sylvis, nemoribus,
tabernis, molendinis, colonis, emolumentibus, nullis penitus exceptis, aut
emptam reservatis, ita plane prout prius à Fromholdo Tisenhausen
post quem veluti perduellem ea bona tanquam caduca ad nos dispositi
onem nostram devoluta sunt et post illum à reliquis posteris habi
ta et possessa sunt, ipsi Successoresq ipsius sexus masculini de lumbis
eius procreati vel procreandi tenebunt, habebunt, et possidebunt. Pro
mittentes pro nobis et Sacris Successoribus nris non esse nos Sermos q
Successores nostros prefatum Meerfeldt adversu et pacifica dictorum
bonorum possione disturbaturos nec cuipiam amouendi potestatem facturos, sed
salvum et integrum eius ipsis prestituros. Sermi Successores nostri
idem facient. Ratione quorum bonorum ea nobis et Regno
onera prestare tenebuntur, ad quæ cætera quæ Nobis ex simi li
bus bonis nobis est exige in posterũ obligata. Tenebitur preterea
quilibet ex colonis prefatorum bonorum ex agris, cultis, vnam mensu
ram Siliginis vulgo Pur dicuam, alteram hordei loco missalium
Paroch Romanæ Ecclesiæ quotannis pendere - Juribus et
Privilegiis rei fidem Sigillis Regni et Magni Ducatus Lith
uaniæ et Datum Varsaviæ die xxi. Mensis Martij
Anno Domini MDCXXV°. Regnorum vi
Sigismundus Rex Christophorus Lode.

Communicatio iuris insolidi super Advocatiam in Villa Slawogory alias Oskrovia Vincentio Krukienicki et Anna Conjugum collat'.

v.g. Sigismundus &c Significamus &c Quod cum antea Nobili Vincentio Krukienicki Filio nostro Advocatiam seu Sculteriam in Villa nostra Slawogory alias Oskrovia de nova ex causa dicte Locatam ad Capitaneum Sendomiren pertinen sit, iure advitalicio consuevimus, ita nunc eidem vberiorem gratie nostre testificationem exhibere eumq ad bene de nobis et Reipubl meren dum excitare volen, hoc idem ius advitalicium Nobili Anne Krukienicka Coniugi eius Nobilis Andree Dobek Lowczowski filie communicandum esse putauimus, prout presentibus literis nostris communicamus - Quam quidem Advocatiam seu Sculteriam cum omnibus eius agris, pratis, campis, sylvis, pascuis, Lationibus, censibus, vtilitatibus, et fructibus, perdijs tabernis, cmetonibus, hortulanis, omnibusq attinen et pertinen ab anti: quo spectan ambo Nobilis Vincentius Krukienicki et Anna pre fati Conjuges insolidum tam coniunctim quam diuisim, iure advitalicio tenebunt habebunt, et possidebunt, pacificeq et quiete vtifruentur ad extrema vitæ suæ vel alterius illorum tempora - Promittimus autem pro nobis, et Ser^mis Successoribus nostris, non esse nos Ser^mos Successores nostros, quamdiu predicus Vincentius Krukienicki, cum pre fata Anna Lowczowska Coniuge sua vixerint, eos absque pacifica persone Advocatiæ seu Sculetie, in Villa supranominata Slawogory seu Oskrovia amoturos, nec alienaturos, amsuenq aut alienandi.

cui pri mum

cujpiam prestatem daturos, sed salvum et integrum ius adviale ipsis
conservatur, idemq; Successores nostros facturos. Vita vero amborum Coniugi
bus functis, non prius dispositio dicta Advocatia ad nos redibit, quam
summa in Literis Originalibus expressa, vel ex taxa Commissariorum
proveniens, Successoribus eorum integre numerata et persoluta fuerit
Juribus nostris Regalibus, Reipubl., et Ecclesia Catholica sal
vis manentibus. In cuius rei fidem &c. Datum Varsaviæ die quinta
Mensis Aprilis Anno Domini MDCXXV°
Sigismundus Rex. Petrus Gembiczki R. M. S.

Confirmo certarum Irarum, mutuam ac re-
ciprocam donationem, inter Casparum Roth
Monetarium Varsavien, & Hon Joan,
nem Kerstlerin, in se continen.

Sigismundus &c. Significamus &c. Reproductas esse coram nobis Literas s. a.
sapheas ex actis Advocati et Scabinorum Civitatis antiqua Varsaviæ
in Anno Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Quarto, Feria Sexta in
crastino Festi Præsentationis Beatæ Mariæ Virginis, Judicij ejusdem
rune habiti emanatas, sigillogq; communitas, salvas sanas integras ac
illæsas, omniq; suspicionis nota carentis, continen in se mutuam ac reciprocam donationem inter Egregium Casparum Roth Monetarium nostrum
Varsaviæ et Honestum Joannem Kerstlerin olim Famati Ger
hardi Kerstler Notarij Actis Likcensis in Ducatu Russiæ
et Reginæ Hinsigs Conjugum filiam ad presens vero pro tacti
Casparis Roth Legitimam Consortem, una cum assistentia Reis.

Chropheri Schebel Scriptoris nostri et consensu praesentaneo mariti sui ad hunc actum assumpti, facta prout ipsum teror exemplar Literarum, Latius in se continet - Supplicatum nobis esse nomine praefatorum Coniugum humillime, vt hanc eorum ordinationem, mutuam ac reciprocam Donationem, omnesq; in eo actu conditiones expressas auctoritate nostra Regia approbare ac confirmare dignaremur. Nos itaq; praefatae Supplicationi, voluntati ac aequitati consona benigne annuimus eam ordinationem, mutuamq; ac reciprocam donationem inter praefatos Coniuges praevia matura deliberatione factam, vti quoq; totum actum ex Protocollo, antiqua Civitatis Varsaviae excerptum, cum omnibus suis clausulis, articulis, non secus ac si hic de verbo ad verbum singula expressa et praeinserta essent, auctoritate nostra Regia approbamus confirmamus ac ratihabemus esse duximus, praesentibusq; literis nostris approbamus, confirmamus, ac ratihabemus, volentes vt perpetuae firmitudinis robur obtineat, atq; ab omnibus cuiuslibet inviolabiliter observetur. Pro gratia nostra - In cuius rei fidem. Datum Varsaviae die quinta Mensis Aprilis Anno Domini MDCXXV

Sigismundus Rex. Christophorus Lode. R. Mtis S.

Consensus ad eximendam Advocatiam in Oppido Grabow Samuelis Gorecki Cancellariae Sae. Reg. Mtis Notario datus.

Ex. Sigismundus rex Significamus vt Consentire nos permittereq; praesentibus Lris nris Nobili Samueli Gorecki Cancellariae nostrae

Notario

Notarij Aduocatiam in Oppido Grabow Capitaneatu eiusdem sitam
de manibus quorumuis nobilium nullo iure possorum, aut seruis ali
quod habere pretendey, uistis percuy summis, si quos legitime inscripta
fuerint redimere, et debito uiis modo eliberare, totaliterq eliberatam
et redemptam profato Alio Samuelo Zoreckie, cum omnibus suis agris
campis, piscinis, pascuis, pratis, colonis, tabernis nobilino Krepe
dicto eiusdem Capitaneatus in Villa Kosyn ko existen, attinen
et pertinen, omnibus in uniuersum, antiquitus eodem spectan, tenere, ha
bere et possidere ad extrema uita sua tempora. Promittimusq
pro nobis et Sermis Successoribus nris non esse nos Sermosq Succes
nostros pronominatum Samuelem Zoreckie quamdiu uixerit, abusu et
possone predicta Aduocatia amoturos, aut alienaturos, amouendis
aut alienan, cuipiam potestatem daturos, sed saluum et integrum
uis aduocaticium ipsi seruaturos, et Serni Successores nostri seruabunt.
Post cuius uero decessum non prius dispositio predicta Aduocatia ad
nos redibit, quam Summa in Literis originalibus expressa uel extaxone Com
missariorum nostrorum legitime prouenien Successoribus eius numerata et
persoluta fuerit. Quibus nris Regalis Datum Varsouie die 17 Aprilis
Anno Dni MDCXXV.

Sigismundus Rex.

Petrus Gembicki R.M.S.

Approbatio ultimæ voluntatis
siue testamenti a Fam Paulo Egloff

Aurifabro Lobnicēn et Annâ Jaminina
Coniugibus coram Mgtu ordinario fact

x.p. Sigismundus rex Significamus rē Exhibitas nobis esse literas papyreas
ultima uoluntatis suie Testamenta Jany Paulo Egloff Aurifabro
Lobnicen, et Anna Jaminina Coniugibus coram Magistratu suo ordina
rio, testibus q̄ secundum iuris prescriptum in Anno MDC xxii die
decimâ sexta Mensis Septembris Legitime factas, manibus, et suis subsci
ptas, et sigillatas, quibus contentiones atq; lites inter ipsos ab utras par
te hęredes ac cognatos ex nomine oriuntas amouere uolentes animo
deliberato unanimiq; consensu bona sua rerumq; familiarem, iuxta
obseruantiam iuris consuetudinisq; libere disposuerunt firmiterq;
constituerunt, quatenus post mortem unius uel alterius uel utrius q;
ab una uel altera parte, cognatisq; cum bonis relictis legatisq; ac
pias causas agendum fuerit Supplicatum nobis ut eam testamēti
ordinationem autoritate quoq; nostra Regia approbare et confirmare
dignaremur. Nos illud iuri consentaneū esse perspicientes ut ultima
hominū uoluntates, omni meliori modo ac forma iuris Legitima testata
rata ac firma permaneant. Testamentū hoc seu ultimā omniū
bonorum ac legatorum ordinationem, uoluntatemq; Ja
natorum Pauli Egloff et Anne Jaminina Coniugum Legitimorum
autoritate nostra quantum de iure approbamus et confirmamq;
parentus Liberis, ac si de uerbo ad uerbum hic esset inscriptum uolentes ut inter

suum

suum perpetuis temporibus obtineant, sine cuiusuis contradictione ac impedimento. In cuius rei fidem presentes manu nra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsoviae die secunda Mensis Aprilis Anno Domini MDCXXV. Regnorum nostrorum Poloniae XXXVIIIo Sueciae XXXI Anno.

Sigismundus Rex. Petr Kozminski R. M. Scus

Consensus ad cedendam Sculteciam in Villa Smereez Mathaeo Andreae Luczkom in persona Ioannis et Fedkonis Smereszczanskich datus.

Sigismundus etc. Significamus etc. Consensisse nos et permisisse inf.
praefatis fidelibus nostris Hontsio Matheo Andreae Luczkom nec non Timkoni Parchowicz Onufio, et Fedkoni Smereszczanskim ut possint et valeant de omni et integro iure suo admittali quod ipsis super Sculteriam in Villa Smereez Capitaneatus Sanocen sis consistens competit in personas fidelium Ioannis Andreae et Fedkonis Smereszczanskich cedere et condescendere. Quae quidem cessio iurisq transfusio postea quam coram actis quibuscuis authenticis facta et recognita fuerit, nos eam ratam et gratam habituri sumus ut eam quae praesente consensu nostro peragetur, vigore cuius cessionis et consensus nostri, dicti Smereszczanscy quilibet prout ei interesse dictam Sculteriam una cum tribus laneis agri, pratis campis, pascuis, aliisq attinen et pertinen, ex prima sua fundatione cuius Sculteriae Gtmis possessoribus sequien tenebunt, habebunt

et possidebunt ad extrema vitæ illorum tempora. Promittimus vero
pro nobis, et Sor.mis Successoribus nostris quod quamdiu præfati
Smereszczanszky vixerint eos nos à possessione prædicta Salutis
non amouebimus, nec amoueri cuipiam facultatem dabimus sed salui
ipsius cuilibet pro sorte sua conseruabimus. Post decessum verò
ipsorum non plus dispositio præfatæ Salutis ad nos redibit
quam summa in eius originalibus expressa, vel extenta Commissariis
superueniens Successibus ipsorum numerata et persoluta fuerit. In
cuius rei fidem &c. Datum Varsauiæ die quinta Mensis Aprilis
M D C X X V°. Regnorum nostrorum Poloniæ XXXVIIIe
Sigismundus Rex. Pet. Gembicki R.e M.tis S.

Conseruantur circa usum et possom Popo,
natus in Villa Smereczs Captus Samboriēn
sis Jwan & Andreas.

vlg. Sigismundus &c. Significamus &c. Oblatas et exhibitas fuisse
nobis, literas popisek Mag.cis Nicolai Danielowicz
Thesaurarij Regni Præfecti nostri Samboriens manu subscriptas
et Sigillo ejusdem munitas, sanas illæsas, nullaq in parte viciatas
quarum quidem literarum tenor de verbo ad verbum sequitur est q
talis. Mikolay Danielowicz z Zurawa Podskarbi Koronny
Samborski Bielski Drohobycki &c Starosta. Wiadomo czynię, ko
mu to wiedzieć należy, iż przestrzegaiąc porządku odprawowania

nabożeństwa

nabożeństwa we Wsiach Oeconomiey Krola JE. Mci Samborsky
będących maiąc sobie zaleconych Iwana Andrya, Tynka y Stefa
Synow nabożnego Wasila Popa Smerekowskiego zostawuię ich kaz
dego ich interessu przy Poddaństwie przerzeczonym wsi Smerecze
przy którym ma bydz według dawnego prawa Ian roli, y wolni bydz
maią oddani Baranicy y zięzorzei takiakolwiek Powinności ed
nak podatki wszystkie, y onera według inszych Popow Krolow
JE. Mci będą powinni oddawać także ten porządek y nabożeństwo
w Cerkwi ziary Greckiey albo Ruskiey odprawować maią, które pozo
wolenie może aby JE. Mć Pan moy Miłościwy stwierdzaiąc ap
probatą swoią raczył, J. K. Mć uniżenie proszę - Actum Lepszey ziary
y pewności ręki swoiey podpisałem się, y pieczęć moią przycisnąć kazałem
w Samborze dnia szostego Decembra - Roku Tysiącznego Sześcsetne
Dziesiątego Pierwszego - Mikołai Danielowicz Podskarbi
Koronny ręką - Et post reproductionem illarum supplicatum nobis est
ut eas authoritate nostra Regia confirmare dignaremur - Nos uero
prænominatus Sigismundus Poloniæ et Sueciæ Rex benigne pe
titioni præfatæ annuendo præinsertas literas in omnibus earum punctis
clausulis, articulis, approbamus, ratificamus, et confirmamus si
et in quantum iuri communi et æquitati non repugnant, præfatos Suc
cessores olim Poporis smerecen cui circa præfatum Poporatu con
servamus cum omnibus attinentiis emolumentis obuentionibus prærogati
uis, agris, campis, sylvis, xeniis quæ iuxta morem et consuetudi
nem illius loci ad alios quoscz Popones pertinent ad extrema

vitæ vniuscuiusq[ue] tempora quemlibet pro interesse suo ita tamen
vt Antistiti seu Vladicæ suo Rndo Athanasio Krupecki
qui vnioni Ecclæ Catholicæ Romanæ cum Ecclâ Ruthenica se
coniunxit subiaceant et sint obedien[tes] - Iuribus nostris &c. - In cuius
rei fidem &c. Datum Varsauiæ die quarta Mensis Aprilis
Anno quo supra.
Sigismundus Rex. Ioannes Zamoyski.

Circa vsum et poßeßionem Poponatus in Villa Gwozdziec Capitanus Samborien[sis] Prokopius ac Iwan conseruantur

v.g. Sigismundus &c. Significamus &c. Exhibitas ac productas fuis
se coram nobis litteras papireas Magci olim Nicolai Danielo:
wicz Thesaurarij Regni, et Præfecti nostri Samborien[sis] manu sub
scriptas et sigillo eius communitas, sanas, illæsas, nullaq[ue] in parte suspe
ctas aut vitiatas, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur estq[ue]
talis. Mikolai Danielowicz z Zurowa Podskarbi Koronny,
Samborski, Bielski, Drohobycki, Czerwonogrodzki Starosta. Wia
domo czynię komu to wiedziec należy - Iż z poruczenia J. K. M.
przestrzegaiąc porządku w Oeconomiey K. J. M. Samborskiei po
zesciu z tego swiata Iwana Fedkowicza Popa Gozdeckiego spaw
nych Prokopa Steczowego, Iwana pomienionego Iwana Fed
kowicza iakoż y Hryca Iwanowego Syna przy tem Popowstwie
we wsi K. J. M. Gwozdziec zostawuie - Ktorego Popostwa

spokoinie

spokoinie do zywota swego kazdy pro suo interesse ze wszystkiemi
pozytkami dochodami rolmi gruntami do tego Popostwa z dawna
nalezącemi do zywota swego vzywać będą Od Dani Wieprzowei
y baraniei wolni bydz maią - Powinnosci iednak inszie takiako y
drudzy Popowie odprawowac będą, zagrodnicy tez ktorzy przy tym
Popostwie beli zostawac takze maią ktore prawo aby I.K.M.
Przywileiem swoim stwierdzic raczel, vnizenie I.K.M. - proszę.
Co dla pewnosci ręką swą podpisalem, y pieczęc przycisnąc kazalem
w Samborze dnia Dwanastego Decembra Roku Tysiąc Szescset
Dwudziestego pierwszego, Mikolai Danielowicz Podskarbi
Koronny Manu propria - Nos itaq praenominatus Sigismundus
Tertius Rex Poloniae et Sueciae literas praeinsertas in omnibus
earum punctis, clausulis, articulis, sic et inquantum iuri communi et aequi
tati non repugnant, approbamus, ratificamus, et confirmamus, praefa
tosq successores olim Poponis Grodecki circa praefatum Poponatum
conseruamus in omnibus attinentiis emolumentis, obuentionibus, praerogatiuis
agris, campis, syluis, Xenijs quae iuxta morem et consuetudinem illius
loci ad alios quoq Popones pertinent, ad extrema vitae vniuscuiusque
tempora quemlibet suo pro interesse ita tamen vt Antistiti seu Vla
dicae suo Rndo Athanasio Krupecki, qui vnioni Ecclae Ca
tholicae Romanae cum Eccla Rutenica se conuinxit, subiaceant,
sitq obedientes. Volumus praeterea vt emergentia agri vulgo Lusz in
eadem Villa Grodziec sita, quae iure certo vnus ex ijs Religiosus

Joan à Laborioso Wasil Melgora acquisiuit - Quod nos itidem
approbamus et confirmamus ad extremum vitæ suæ spiritũ teneat
habeat, et possideat, quæ nos rey Successores nostri ab eo alienabunt,
rey cuipiam alienari protestatem dabunt. Datibus &c - In cuius rei
fidem &c - Datum Varsauiæ die IV Mensis Aprilis Anno quoq;
Sigismundus Rex. Joannes Gumowski.

Jus caducum Joanni Fasc3, post mortem
Joannis Skrzydłowski conferitur.

s.m. Sigismundus &c Significamus &c Quia nos bona omnia mobilia
et immobilia summasq; quascuiq; pecun, vbicunq; existen, mortuorum
cuiq; inscriptas obitu cuiusdam Josephi Skrzydłowski adeo et dis
positionem nostram certis de causis iuxta caduca deducit Nobili Jo:
anni Laszoz Militi nostro subsignis Ensis Laski Roch
magistri nostri stipendia merenti et strenuam nobis ac Reipubl: ope
ram nauanti, danda et conferenq esse duximus, vti quidem præsentibus
literis damus et conferimus iuxta adeunda, et adipiscenda, adepta in
perpetuum tenenda habenda, possidenq et ad vsus suos suorumq; suorum
quoscunq; beneplacitos libere conuertenq. Quod ad notitiam Magistratuũ
quorum interest deducenq mandamus, vt requisiti à memoratis Jo:
anne Laszoz Donatario nostro ci dem bona præfata omnia et sum
mas pecuniq integrè extradant, extradiq ab omnibus quorũ interest

faciant

faciant - Prograția nostra. In cuius rei Datum Varsauiæ die
XXVIII Mensis Februarij Anno quo supra.

Sigismundus Rex Jacobus Zadzik R.M.S.

Jus caducum Nicolao Tenblot Hor
tulano Arcis nrae Tykocinen obitu
cuiusdam Stanislai Wielunski
conferetur.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quia nos bona omnia mobilia et immobilia summasq; quascunq; pecuniæ in Regno et Dominijs nostris existentia, morte et obitu cuiusdam Stanislai Wielunski Incolæ Tykocin. nemine certis de causis ad fiscum et dispositionem nram Regiam iure caducorum deuolutis Nobili Nicolao Tenblot Hortulano arcis nostræ Tykocinen. eiusq; legitimis successoribus iure perpetuo et irrenocabilis donationis lege et conferendæ esse duximus, damusq; et conferimus præsentibus literis nris. Ita vt eadem bona omnia tum et summas tam in præfata pecunia, quam in mercibus vbicunq; locorum existentia inquirat, iure adeat, et in possessionem suam vindicet, teneatq; habeat et possideat, et in vsus quoscunq; suos successorumq; Successorum beneplacitos eodem iure conuertat. Quod omnibus et singulis quorum interest, præsertim verò Magistratui Ciuili Tykocinen. sub cuius iurisdictione bona præfata existunt, notum esse volumus, mandamusq; vt requisiti a præfatis Donatario nostro, bona omnia superdicta quæ vspiam reperta fuerint, vigore præsentis Donationis nostræ, illi in realem et actualem possessionem tradant, et assignent, curentq; vt sine quauis mora et difficultate vlla eadem bonis potiatur - Prograția nostra a liberum factus - In cuius rei fidem præsentes manu nostra subscriptas Sigillo.

Regni communicri mandauimus. Datum Varsauiæ die Nona
Mensis Aprilis Anno Domini MDCXXV. Regnorũ
nostrorum Poloniæ XXXVIII Sueciæ vero XXXI Anno.

Sygismundus Rex Petr Gembicki R.M.S.

Hieronimo Godziatkowski pensio per vnum florenum qualibet septimana in Zuppis Vielicien assignat.

vp. Sigismundus &c. Significamus. &c. Quia nos benignam habentes ra
tionem, Egregii Hieronymi Godziejowski Burgrabÿ Arcis nostræ
Cracouien. eidem pensionem vnius floreni qualibet septimana ex
prouentibus Zupparum nostrarum Vielicien. pendi solitam morte
Egregii Alberti Deuski vacantem dare et assignare decreuimus,
damus, et assignamus per præsentes literis nostris, ita vt prædictum vnum
florenum vti præmissum est, qualibet septimana de prouentibus Zup
parum Vielicien. leuet ac percipiat, ad extrema vitæ suæ tempora.
Quod omnibus et singulis quorũ interest præsertim vero Magco
Thesaurario Regni, aliisq; Zupparum nostrarum Vielicien. siũ
Administratoribus, nunc et pro tempore existentibus authoritate
præsentium mandamus, vt prædictam pensionem eidem Egregio Hiero
nymo Godziejkowski qualibet septimana, absq; quauis difficultate extradant, extradiq; curent. Quod nos in rationibus suis

Susceptum

susceperit sumus. In cuius rei fidem &c Datum Varsouiæ die Xona Mensis Aprilis Anno Domini MDCXXV. Anno &c

Sigismundus Rex — Petrus Gembicki R. M. S.

Andreas Suchorsky in numerum Seruitorum Sac. R. Mtis cooptat.

Sigismundus &c. Significamus &c. Libenter in Regno nostro artifices in sua arte præstantes uidemus et ea uoluntate prosequimur ut non solum eisdem in Regno Dominij nostri uersari hactenus permiserimus uerum etiam eosdem in numerum Seruitorum nostrorum accipiendos et speciali prærogatiuis nostris ornandos esse duxerimus. Cum itaque Ioannes Andreas Suchorski librorum compactorum in aula nostra per aliquot annos commendatam, nobis artis sua quæpollet industria an experiam reddidisset. Proinde nobis existimauimus, ac eum in numerum Seruitorum nostrorum aulæ nostræ assumeremus, prout assumimus, ita ut ipsi libere in Regno nostro præscripto specimine artis exercere mercesuas uenales exponere et alia honesta negotia absq; ullius hominis contradictione et impedimento peragere illisq; ut ceteris prærogatiuis et libertatibus quibus Seruitores nei de more et consuetudine gaudent frui et gaudere liceat. Salutis tamen debitis oneribus Ciuilibus nempe bonorum Ciuilium per eum fistam tamen iurisdictione Ciuili in rebore reseruata. Quod omnibus quorum interest, præsertim ueris Regni Curiæ nostræ officialibus et Marsalcis reconv

Magistratibus Castren. notum esse volumus. Mandan. ut praefatum Andream Suchorski librorum compactorem pro servitore nostro habeant et agnoscant, penesque omnes praerogativas servitoribus nris competen. conservent ac ipsum in earundem usu contra quasvis personarum et communitatum impetitiones et impedimenta manuteneant et defendant. In cuius rei etc. Datum Varsoviae die IX Mensis Aprilis Anno quo sup.

Sigismundus Rex Joannes Gumowski

Electoratus Paulo Kedzioro de Villa Wola Rembkowska confertur.

v.g. Zygmunt Trzeci etc. Wszem wobec y kazdemu zosobna komu to wiedziec należy oznaimuiemy. Iz po zesciu stego swiata niegdy —— we wsi Woli Rembkowskiei z Starostwa Garwolinskie Zybranca naszego będącego aby Lan Wybranski s ktoregoby się tako waz powinnosc na kazdą potrzebę y posługę Rzeczypltei odprawowala odlogiem nie lezal Uczciwemu Pawlowi Kędziorowi supplikuiącemu nam takowe dobra, y grunty na wybranski lan należące w wyszmianowaney wsi y Starostwie ochotnie chętniei szem do posług naszych y Rzeczypltei uczynic dać y conferowac, iakoz niniejszem Przywileiem naszym daiemy mu y conferuiemy. Przychilaiąc się do Constitutiei wtey mierze uchwalonych zewszelaką wolnoscią uzywania pomienioney maiętnosci wszystkich rol, gruntow, kiemu borow, lasow naszych bliskich ——

bes szkody

bez szkody puszcz naszych, tudziesz też warzenia piwa gorzałki na własną jego domową potrzebę palenia, paszey tak polnei, iako y lesney vżywania wolnego zbierania. Kadto czyniemy go wolnym od wszelakich robot y służb, Staroscie albo Dzierżawcy oddawania takze odpowiednio Czynszow, dani, zaciągow, stacy, y inszych wszelakich podatkow nam Staroscie naszemu y komukolwiek inszemu niepowinnych. Codla wiadomosci wszech ktorym należy przywodząc oznaimuiemy a mianowicie Dzierżawczyney naszey teraznieyszey, y innym napotem będącym koniecznie roskazuiąc, aby ten przerzeczony Wybraniec nasz wtych wolnosciach y łasce naszey Krolewskiei im danych żadney trudnosci ani przenagabania niemiał, ale mieszkał przy nich cały nienaruszenie był zachowany. Roskazuiemy przytem aby na tem grancie, sktorego wziętą powinnosc odprawowac będzie, Łan zupełny iako w Reiestrach Reuisorskich y Lustratorskich iest dawno opisany, y iako zwyczai iest tamtych miejsc, za okazaniem listu tego, był mu zaraz nieodwłocznie wymierzony, y wużywanie spokoine podany. Dla łaski naszey s powinnosci swej inaczei nie czyniąc. Dan w Warszawie dnia XI Miesiąca Kwietnia Roku Panskiego MDCXXV.

Sigismundus Rex.

Jacobus Budzinski

Consensus ad eximen. Aduocat. in Villis Klikoszowo et Czarny Dunaiec Jacobo Budzinski datus.

v. J. Sigismundus etc. Significamus etc. Permisisse nos permitteresque harum serie literarum Nobili Jacobo Budzinski Cancellariae nostrae Notario Advocatias seu Scultetias Villarum Xlikoszowo et Czarny Dunaiec in Palatu Cracovien. et Capitaneatu Novoforien. consistentium de manibus quorumvis nullo iure possessorum aut se aliquod habere praetenden. iustis pecuniis, si quae inscriptae fuerint summis redimere et legitimo iuris ordine vindicare, vindicatas vero easdem Advocatias cum omnibus agris, pratis, campis, pascuis, piscinis, earum villarum tabernis molendinis quibusvis subditis, eorum censibus laboribus, attinen. pertinen. omnibus, ita ut generi per speciem et è contra non derogetur, et prout se ad originalia modernorum possessorum referre licebit eidem Nobili Jacobo Budzinskj tenere habere et pacifice ad extrema vitae suae tempora possidere. Promittentes pro nobis Successoribusque nris nonnesse nos eundem ab usu et possessione praedictarum Advocatiarum amoturos, sed salvum ius advitalicium eidem servabimus, Successoresque nostri servabunt. Post cuius decessum non prius ad nos seu Successores nros dispositio earundem Advocatiarum redibit, quam summa legitime inscripta, vel ex taxatione Commissariorum nostrorum proveniens, Successoribus ipsius realiter fuerit persoluta. Juribus nostris etc. Harum quas manu nostra subscripsimus. Sigillo Regni obsignari iussimus testimonio literarum. Datum Varsaviae die Xa Mensis Aprilis Anno Domini MDCXXV. Regnorum etc.

Sigismundus Rex. Petrus Kosminski. R. M. S.

Jus Caducum(?)

z 14

Jus caducum Joanni Stameth Burgra. bio Posnaniën post quendam Leonar. dum confertur.

Sigismundus &c Significamus &c Quia nos bona omnia mobilia s. u.
et immobilia summasq; quas suis pecunias vbicunq; exules et
modo quocunq; inscripti morte cuiusdam Leonardi Fabii Ignatij
Insule ——— ad fiscum et dispositionem nostram certis de
causis iure Caduco deuoluta Grato Joanni Stameth Burgrabio
Posnanien; cuius promptum de nobis ac Reipub; benemerendi
studium optime hactenus commendatum dar; et conferen; esse duximus
vti quidem pretitulis Lris nris damus et conferimus iure adeunda
et adipiscenda adeptaq; in perpetuum teneq; habeq; possideq; et ad
vsus suos suorumq; Successorum quorsuis benep placitos Libere con
uertenda. Quod ad notitiam Magnum quorum interest deducen;
mandamus vt requisiti à memorato Joanne Stameth Donata
rio nostro eidem bona prædicta omnia et summas pecuniarum vbicun;
reperti absq; mora et difficultate extradant extradig ab omnibus
quorum interest faciant - Prorogatiua. In cuius rei fidem.
Datum Varsauiæ die 12 Mensis Aprilis Anno quo supra.

Jacobus Zadzik R. M. S.

Sigismundus Rex.

Subiudicatus Siradien G. Alexandro de Otok Zaleski confertur.

v.p. Sigismundus &c Significamus &c Quod cum more et obitu Enosi Ol
brachi Zeczyk Dignitarij officiales, aut Vniuersa Nobilitas Palatina
tus Siradiensis Subiudicie suo Terr legitimo destituta, habito Palatina
tus sui de more, aut antiquitus recepta consuetudine Comitatu quatuor vi
ros muneri huic idoneos de medio sui electos, authenticis nobis literis su
is proposuissent, vt qui Iudicio nostro Regio ad munus hoc è dignitate
atq commodo Palatus sui foret et deum magis videretur, aptior, à no
bis collatum sibi obtineret; Nos autem in primis familiæ Enosi Ale
xandri de Otok Zaleski splendorem, tum singularem ipsius integritatē,
morum comitatem, fidem, in rebus gerendis dexteritatem, promptum de no
bis, et Reipubl quamis occasione benemerendi studium, et quod vel
maxime, ad rectam muneris huius administrationem requiritur iuris
patrij, legum publicarum non vulgarem peritiam commendatam
habens, aut ipsi Laudem exercendæ Virtutis campum patefieri vo
lens munus hoc Subiudicatus Siradiensis modo præmisso vacans dare et con
ferre esse duximus, vti quidem pleno iure damus et conferimus
atq ipsum ab hinc Subiudicem Terrestrem Siradiensem renunciamus
præsenti diplomate nostro, per ipsum hunc Magistratus honorem
quoad vixerit, vel ampliorem aliquem dignitatis gradum assecutus non fue
rit tenere et obtinere - Quod omnibus quorum interest præsertim vero supplis
Dignitarijs, officialibus, totiq Nobilitati Palatus Siradiensis notum testa
tum facere volumus, et eundem Enosum Alexandrum de Otok Zaleski
pro vero et legitimo Subiudice Terrestri Siradiensi habeant et agnoscant
ipsiq de loco, ritibus, et prærogativis, ad officium hoc vel lege vel rece
pto more spectare respondeant, et ab alijs responderi curent - Pri
vilegia nostra. In cuius rei fidem - Datum Varsauiæ die

Anno Decimo

Duodecima Mensis Aprilis Anno Dñi MDC XXV°

Sygismundus Rex. Pet's Zorminski R.M.S.

Mathæ Wieckowski bona oīa iure caduco post quendam Christopherum Więckowski ad dispoñ Sac. R.M. devolut' confirmtur.

Sygismundus ꝛ̄ Significamus ꝛ̄ Quia nos bona omnia mobilia et immobilia summas quasuis pecuniarias, siue paratas, siue alia quacunque obligatas vbicunq; locorum et apud quascunq; personas modo quouis existen, more cuiusdam Christophori Więckowski ad nos dispositione nostre Regiam, certis legitimisq; de causis iure caduco devolutas Mti Matthiæ Więckowski, cuius singularem virtutem industriam, Militarem subsignis Ensis Adami Rarowski Rothmagistri nostri in expeditione Gnesn, contra Turcarum Imperatorem suscepta abunde testatis habemus dantes et conferen esse duximus, damusq; et conferimus presentibus scis ꝛ̄is, vt eadem bona omnia et singula iure adeat, teneat, habeat possideat, et in suos usus conuertat. Quod ad omnium quorum interest, precipue vero ad Magistratum tam Castren quam Ciuis, quorū Iurisdictioni bona prefata subsunt, notitiā desu- cen mandamus, vt requisiti ad eosdem Donatarios nostros

s.m.

seu ipsius Mandatario quopiam, bona præfata omnia illi in rea
lem et actualem possom tradant et assignent, vti vis sine quauis
mora et difficultate fortiatur efficiant. Præ gratia nostra Officij
debito - In quorum Fidem - Datum Varsauiæ die quinta
Mensis Aprilis Anno Domini M D C XXV°
Sigismundus Rex. Petr Gembicki R. M. S.

Iudicatus Płocen Gnoso Adamo Bogoria Gorski confertur.

v.p. Sigismundus rex Significamus re - Regia virtutis opus nos semper existimasse, viros familiis splendore claros, veris patrij longo rerum vsu peritos, iudicijs maturos, officijs publicis, vti debito virtutum suarum præmio exornare - Talem esse Ensem Adamum Bogoria Gorskj iure optimo censemus. Is enim ab ineunte ætate sua insistens vestigijs maiorum suorum, et præcipue Ensis Joannis Gorski Secretarij nostri parentis sui de nobis ac Serenis Prædecessoribus nostris optime meriti vitæ suæ rationes ad omnem virtutem et honestatem instituit, semper ex officijs erga patriam constantissime permansit, nos quoq; perpetua fide, studio, et obseruantia sibi deuinxit, præterea in Judicijs Tribunalicijs ad ea electus prudentem incorruptum Judicem et acerrimum iuris ac æquitatis defensorem se præstitit Quapropter vt Latiorem virtutis

suæ

sua exercendâ habeat campum, cum vacante munere Judicatus Terrestris Plo-
censis morte Gnosi Stanislai Karigowski Dignitarij officiales et Nobilitas
Plocen, quatuor viros muneri huic idoneos pro more acture elegissent, nobis spe-
ciali scripto suo autentice proposuissent, faciendum essi duximus vt eidem
Gnosi Adamo Bogoria Gorskj id munus conferemus, prout serenitas
Litteris nostris conferimus, per ipsum cum omnibus prerogatiuis, loco obuentio-
nibus, ac commodis vniuersis, lege aut consuetudine ad idem Judicatus offi-
cium spectan, ad extrema vitæ sue tempora, vel maioris dignitatis asse-
quutionem, tenen et obuen. Quod omnibus quorum interest, præsertim
vero Dignitarijs, officialibus, ac Nobilitati Terræ Plocen ad notitiâ
deducen mandamus, vt eundem Gnosum Adamum Bogoria Gorskj
pro vero ac legitimo Judice Terrestri Plocen habeant et agnoscant
ipsig de cetero, prærogatiuis, et obuentionibus ad idem munus de lege
vel recepta consuetudine spectan respondeant, respondeq curent
Prerogatiua nostra - In cuius rei fidem &c Datum Varsauiæ die
XIV Mensis Aprilis. Anno Domini Al DCXXV°.

Sigismundus Rex. Pet^s Kozminski R. Al^s S^s.

Tenuta Nowydwor Nobili Iacobo Iacobsonio confer.tur.

Sigismundus &c Significamus &c. Quòd tametsi Virtutis ea sit venus
tas et pulchritudo, vt suapte indole omnium in se vertat oculos et sepe
sa contenta, fidem sui nunquam recte agere desinat, nichilominus tamen

&c.

Regiam quoq; Maiestatem ad id in sublimi collocatam Loco arbitramur, vt pulcherrimæ rei, quam dedit Deus mortalibus primi quasi spectatores, et arbitri constituti virtutem omnem, atq; adeò cultores illius & vultu seruant primum deinde verò præmijs et honoribus exornatos Regis Maiestatis patrocinio tueantur libertatq; promouent. Idem nobis visum venit in Nobili Jacobo Jacobsonio Seruitute nostro, qui cum ante annos prope triginta (probis et honestis parentibus in Frisia orientali natus) in Regno hoc nostro domicilium fixisset, totoq; eo tempore rem modeste et honeste laudabiliterq; gessisset, omnibusq; officijs et integritate apud omnes magnam opinionem virtutis concitasset ad officinam quoq; nostram Bydgostiensem accitus fuit. Quo in munere cum ipsius singularem dexteritatem, in ordinandis monetalibus operis peritiam, in argento coemendo temperatam, et ab omni auaritia suspicione alienam solertiam denique fidem, candidam et non fucatam syncerita tem, et publici potissimùm boni respectum, in deq; in nos atq; Rempublicam indefessum studium cognouissemus, cum non solum Bydgostiensem sed etiam Cracouiensem, Vilnensem, Varsauiensem, Monetas præfecimus. Deinde verò cum annis abhinc quatuor et amplius (quod non solum hominum fide dignorum testimonio, sed etiam ipsa experientia didicimus) auri et argenti ualor ipsius potissimùm diligentia, ipsius cura et sollicitudine intra adeo quod saltem certum precium constitisset, quod hominum lucri cupidorum technis et fraudibus ita excurrerat, vt vix aliquas rationes inueniri posse arbitraremur, ad auaritiam eorum coercendam, eaq; re cum nobis in primis esset Deinde vniuersæ Reipubl. rese plurimum commendasset, faciendum putauimus, ut publici meriti publicum etiam testimonium extaret et publico honore exornaretur. Itaq; Nobilitatis prærogatiuam nobis non

dubitantibus

dubitantibus reliquos quoq Regni nostri ordines, vbi eius rei meritum cognouerint, eius assensum, praebituros accepit. Quo tam Illustri honoris argumento magis confirmatus cum constanti et perpetua voluntate nobis et Reipub:cae multis nominibus probatam et perspectam operam addiceret, et in hoc monetarum Praefecti munere ita se gereret vt hominem Nobilem honoris amantem par est (id vero magna Reipubl: vtilitate et sua privata in Curia) ab hominibus vero malevolis et lucro ex quacunq re, et quacunq ratione captando intentis omni invidia et malevolentia petatur, non parvo etiam rerum suarum valetudinis et bonorum interrimento. Nos vt tanto magis ipsius virtutem, et gratia nostra exornatam et maiestatis munimine ac patrocinio roboratam testaremur eiusq commodis quantum in nobis est prospiceremus eidem administrationem bonorum nostrorum Regalium siue Tenuta Nowydwor, Tygenhoff Germanice dictorum ad oeconomiam Maiaburgen pertinen ad decursum annorum decem immediate sese sequentium conferendam et dandum esse duximus. Ita tamen vt singulis annis oeconomiam Mariaeburgen ad praes exacti, et in posterum futuro administratori duabus ratis solvat summam quindecim millium florenorum Polonicalium, primam ratam septem Millium et Quingentorum pro Festo Paschatis, alteram septem Millium et Quingentorum florenorum pro Festo S. Martini; habebit igitur et tenebit dictus Nobilis Jacobus Jacobsonius ad decursum praenominati temporis dictam tenutam, cum omnibus attinen et pertinen, videt villis Tuy, Tygerneide, Marienaw, Schonensche, Schonberg, Peterskagen, Reychraul, Ladekopper Orlaw, Tugenhagen Reymersuatde, Stubendorff Orlauenferde, Oldendorfer, Plotzendorfs Plawenkopper, Fischer, Neuendorff necnon Curijs earundem villarum praedijs in subditos Iurisdictione earundemq omni obedientia, colonis, laboribus, censibus, vsibus, fructibus, syluis locubus

...

piscinis, molendinis, piscationibus, censibus emolumentis pil pertitus pro no:
bis et Succoribus nostris, excepta summa quindecim millium pranominata
reseruatis ad dictum temporis decursum uidez incipiendo à Festo S. Stani
slai Pontificis et Martyris in anno prasenti Millesimo Sexcentesimo
Vigesimo Quinto usq ad Festum eiusdem Sancti in anno Millesimo Sex
centesimo Trijcesimo Quinto, ita tamen ut diuinum cultum, iuxta ritum S.
Romanae Ecclesiae, nulla in re turbare aut impedire, et, aliarum Religio
num Ministros, eo adducere prasumat bona vero supradicta, sarta tecta
conseruet, et quantum in ipso fuerit excolat et augeat; Promittimus autem
pro nobis, et Ser^mis^ Poloniae Regibus Succoribus nostris, quod intra
temporis pradicti decursum dictum Nobilem Jacobum Jacobsonium à
dicta administratione non amouebimus, neqz cuipiam amouenz facultatem
concedemus. Interea uerò quartam septingentorum florenorum et non am:
plius secundum veterem constitutionem, sicut et nos antiquitus ex ijs bonis
non plus soluimus singulis annis Rauam inferre tenebitur - Juribus
nostris Regalibus, Ecclae Catholicae et Reipubl ibidem saluis et illae
sis manentibus - In cuius rei fidem, Datum Varsauiae die VII Men
sis Aprilis Anno Domini Millesimo Sexcent^mo^ Vig^mo^ Quinto.
Regnorum nostrorum Poloniae XXXVIII Sueciae vero XXXI°.

Sigismundus Rex. Jacobus Zadzik R.M.S.

Communicaõ iuris super Capitaneat Mirachowień Gnoso Jacobo Sczepanski et Zophiae de Sobießyno insolid collat.

Sigismundus

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod cum Gnosus Jacobus Szczepanski Succamerarius Culmen. Graudentinensis Capitaneus, à triginta et aliquot annis in obsequÿs nostris versatus, domi forisq. egregiam virtutem fidem, et integritatem nobis et Reipubl. probauerit atq. in negotÿs ipsi à nobis commissis, eam nobis et Reipublicæ operam nauauerit, ut optimi Ciuis ac præstanti erga Principem suum animo fideli Officio defungi videretur. Nos quoq. grata semper habuisse, illius erga nos obsequia, tantiq. æstimasse, ut ad remuneranda ea promptum animum gereremus Regiamq. nostram liberalitatem patri sæpius contestatam Filio quoq. ipsius cuius eximias animi et ingenÿ dotes, ac merita ab aliquot annis nobis præstita satis commendata habemus quauis occasione ipsi testatum esse vellemus. Cuius declaran. cum sese ad præsens offerat occasio faciendum nobis esse duximus, ut hoc idem ius aduitale quod ipsi super Capitaneatum Mirachouien. competit. Coniugi quoq. ipsius Gnosæ Zophiæ de Sobieszyno Szczepanska communicaremus prout communicamus præntibus Literis nostris, Quod quidem eo libentius fecimus quo præfata Coniunx ipsius, à teneris annis obsequÿs Sermæ Coniugis nostræ charmæ dedita illustriora virtutis et modestiæ suæ edidit specimina. Huius itaq. Communicationis nostræ vigore memorati Gnosi Sigismundus Szczepanski et Zophia de Sobieszyno Coniuges prædictum Capitaneatum cum omnibus suis Villis, prædÿs, molendinis, tabernis, subditis, attinentÿsq. et pertinen. vniuersis antiquitus dictum Capitaneatum spectan. in solidum teneant, et possideant, ad extrema vitæ suæ, siue alterius eorum superstitis tempora. Promittimusq. pro nobis et Sermis Successoribus nostris, non esse nos memoratos Sigismundum Szczepanski, et Zophiam de Sobieszyno Coniuges ab vsu et possne dicti Capitaneatus, amoturos quinimò saluum ius aduitale, vtriq. eorum in solidum, conseruaturos et Sermi Successores nostri conseruabunt; Ratione cuius aduitalitatis, si bona prædicta summis antiquis onerata sunt, quartam summæ partem nobis et Reipubl. condonare, si vero à summis libera, quartam prouentuum partem Rauam quotannis iuxta Constitutiones

Regni inferre tenebuntur - Juribus nostris Regalibus ei In quorū fidem
Datum Varsaviæ die XX Mensis Aprilis Anno Domini M
DCXXV°. Regnorum nostrorum Poloniæ XXXVIII.
Sigismundus Rex. Pet.s Gembicki R.i M.i S.

Consens na vstąpienie połowice wsi Głuchowa nazwaney w Powiecie Nowogrodka Siewierskie° Markowi Kowienskiemu, na osobe Jana Zawolskiego dany.

v. R. Zygmunt Trzeci etc. Oznaimuiemy tem listem naszym komu to wiedzieć należy. Iż co pewne dobra w powiecie Nowogrodka Siewierskiego leżące mianowicie połowicę wsi Głuchowa po Synie Boiarskim Bogdanie Putyślu conferowaliśmy beli prawem lennym Markowi Kowienskiemu Wołoszaninowi względem zasług iego nam y Rzeczypltei oddawanych, tedy teraz wniesiona iest prosba do nas, imieniem przerzeczonego Marka Kowinskiego abyśmy mu tych dobr wyzey mianowanych, takowymże prawem lennym iako sam trzyma Szlachetnemu Janowi Zawolskiemu vstąpić, y prawa swego lennego zrzec pozwolili. My maiąc wzgląd na zasługi ich obudwu nam y Rzeczypltei oddawane a chcąc onych y do dalszych służb naszych y Rzeczypltei przychęcić, łaskawie na to tem listem naszym pozwalamy, tak iż gdy pomieniony Marek Kowinski mianowanych dobr, y zrzeczenie prawa swego, przed którymkolwiek Vrzędem Sądowym Koronnym vczyni ma Szlachetny Jan Zawolski żona y potomkowie iego Męskiego rodzaiu, poki ich będzie z liniei iego stawało pomienione dobra za tem listem listem naszym, y Cessią Marka Kowinskiego według granic, ktore potem z rozkazania naszego opisane y oznaczone będą, z poddanemi, lasami, borami, sianożęciami, ieziorami, rzekami, z łowy zwierzynnemi rybnymi, gony bobrowymi z drzewem bartnym dania miodowa, y ze wszystkiemi inszemi przynależnosciami y pozytkami, ktorekolwiek na ten czas w tych dobrach są y na pożytym

y na potym

y napotem wypalezione bydz mogą, wyiąwszy sabetry, y Towary lesne, ktore bez zsolliwego pozwolenia naszego wybione bydz nie maią, prawem lennym trzymać y vzywać. A zeby zamek Nowogrodzki pod czas niebespieczny, miał obrone tedy powinien będzie vchoway Boże inwoy woyny sam obecnie konno na służbe Rycerską zamkowey wedlug Przywileiu od nas wyzey mianowanemu Markowi Kozinskiemu danego pod władzą przełozonego Nowogrodzkiego w tym Zamku zostać, oddawaiąc zawsze posłuszenstwo przełozonemu zamku tameyszego Czemu wszystkiemu powinien będzie dosyć czynić, pod waznością prawa na te dobra A nadto zadnei inszei powinnosci pełnić, ani zadnych podatkow z tych dobr dawać, lecz by nam y Successorom naszym on y potomkowie iego męskiego rodzaiu pokiby ich żiny iego stawało czynić nie będą powinne — Co wszystko stwierdzaiąc daliśmy ten list Przywilei nasz z podpisem ręki naszei, do ktorego y pieczęc naszą Koronną przycisnąc roskazalismy. Pisan w Warszawie dnia Dwudziestego siodmego Miesiąca Maia Roku Panskiego MDCXXV.

Sigismundus Rex Petrus Kozminski R.M.S.

Consens na vstąpienie pewnych dobr w Powiecie Nowogrodka Siewierskiego Zamykole nazwane Danielowi Madalinskiemu na osobe Woyciecha Rykacewskiego dany.

Zygmunt etc. Oznaymuiemy tem listem naszym komu to wiedziec należy, Iz co pewne dobra w Powiecie Nowogrodka Siewierskiego lezące nazwane Zamykole po smierci Stanisława Pocialkowskiego zolnierza naszego conferowalismy byli prawem lennym Vrodzonemu Danielowi Madalinskiemu Rotmistrzowi naszemu, tedy teraz wniesiona iest do nas prosba imieniem przerzeczonego Madalinskiego Rotmistrza naszego abysmy my tych dobr

rzyey mianowanych, takowymże prawem Lennym iako samtrzyma Prodzonemu Woj
ciechowi Rykaczowskiemu vstąpić, y prawa swego Lennego zrzec pozwolili. My
maiąc vzgląd na zasługi mianowanego Madalińskiego, kthrenany Rzeczypłei
pod teraźnieyszą expedicią Wołoską przeciwko Turka nie przyiacielа Krzyża
szczego Rotmistrzom będąc rozwagą zdrowia, y straty maiętności swey od
dawał, a chcąc go y do dalszych służb naszych y Rzeczypłei przychęcić łaska
wiemy na to pozwolili, y tem Listem naszym pozwalamy. Tak iż gdy pomienion
Madalewski Rotmistrz nasz mianowanych dóbr przerzeczonemu Woiciechowi
Rykaczowskiemu ustąpi, y zrzeczenie prawa swego przed którymkolwiek
Vrzędem Sądowym Koronnym vczyni. Ma Woyciech Rykaczowski sam
zona, y potomkowie iego męzkiego rodzaiu pokiedy z linii iego będzie stawało,
te dobra nazwane Zamkowe, według granic które potym zniszczania naszego
opisane, y naznaczone będą, zatem Listem naszym, a Cessią prawną pomienione
Madalińskiego Rotmistrza naszego, ze wszystkiemi przynależnościami
y pożytkami ktorekolwiek natenczas tych dobrach są, y napotem vyrabie
one będą mogą (wyiąwszy Salety y Towary Lesne, które bez osobliwego
pozwolenia naszego robione być niemaią) prawem Lennym trzymać y vżywać
Nam y Successorom naszym ony y potomkowie iego męzkiej płci, tych
dóbr nie dawać, lubo by czynić y zadnej powinności pełnić, nie będą powin
ni, oprocz czeladnika albo Gospodarza obiednie w Zamku Nowogrodzkim
przy tey maiętności zmuszkiem, y innem orężem pieszemu należącym chować
maią, y innym condycyom o obronie tego Zamku w Przywileiu przerzeczonego Mada
lińskiego opisanym podlegać będą, podług ważności prawa na te dobra. Co
wszystko stwierdzaiąc damy ten List nasz, spodzierzeniem ręki naszej. Do
którego y pieczęć naszą Koronną przycisnąć rozkazaliśmy. Pisan w War
szawie Dnia xvi Miesiąca Maia Roku Pańskiego 1625.
Sigismundus Rex. Petrus Kozmiński R. R. S.

Bona o

Bona omnia morte quorundam Martini Kranich et Helizabeth Kalinian ka Gnoso Gabrieli Pose iure caduco col. lata.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quia nos meritorum Gnosi Gabrielis Pose Camerae nrae familiaris, iustam rationem habeñ, eidem bona omnia mobilia et immobilia, summas pecuniarias, siue paratas, siue a qua ratione obligatas apud quascung personas, aut vbicung locorum, in et extra Ciuitatem nostram Varsauien existen, morte quorundam Martini Kranich, et Helizabet Kalinianka Coniugum Incolarum Varsauien certis legitimisq de causis ad fiscum et dispositionem nostram iure caduco deuolut, ac et conferen esse duximus, prout damus et conferimus pnte Suis Leis nris, ita vt eadem bona caduca omnia et singula injurat, iure adeat, et in possom suam vindicen, teneatq habeat, et possideat et in suos vsus eorumq. suorum, quosmus beneplacitos vsus, pleno et perpetuo iure conuer tat. Quod omnibus et singulis, quorum interest rstum esse. Volumus mandantes vt requisiti, a pdicto Donatario nostro bona omnia suprascripta qua vspiam reperta fuerint, vigore presentis donationis nostrae illi in realem et actualem possessionem tradant et assignent - Prout gratia nostra - In quorum fidem -

Datum Varsauiae die tertia Mensis May Anno quo supra.

Sigismundus Rex.

Petr Gembicki R. M. S.

Gnoso Christophero Waszowicz et Agneti de Drozdow communicato iuris insolid. super Aduocam in Villa Kozlow sitt collat.

Sigismundus &c. Significamus &c. Ita nos Gnosi Christophori Waszowicz ampl. amplecti merita, vt libenter omni occasione data condigni ipsius meritis

gratia ac beneficentia nostra respondeamus. Quapropter ad petitionem ipsius dan
dum existimauimus, vt ius admiraliticium, quod ipsi super Aduocatiam nostram in
Villa Kozlow tenutæ Kozienicen competit Coniugi quoq; ipsius Grosæ Agneti
de Drozdow, communicaremus, vti quidem communicamus praesentibus Literis nostris
ita vt praefati Coniuges ambo insolidum, vel alterum eorum defuncto alter superstes
Aduocatiam memoratam, cum omnibus suis attinentijs et pertinen teneant ha
beant et possideant ad extrema vitæ suæ, suæ alterius superstitis tempora.
Promittimusq; pronobis et Sermis Successoribus nostris, nonesse nos memoratos
Coniuges, vel vnum defuncto alterum superstitem, absque et posthac dictæ Ad
uocatiæ amoturos, nec prius post decessum eorum ad nostram dispositionem
receptueros, quam summa debitem inscripta, vel extaxa Commissariorum proueniens
Successoribus eorum integrè persoluta fuerit. In cuius rei Regalibus et
Inquorum fidem &c. Datum Varsouiæ die Vigesima Quinta Mensis
Aprilis Anno Domini MDCXXVI°.

Sigismundus Rex Per[s] Gembicki R[e] Mis S[ue]

Consensus ad cedēn de Moysa Koper Smeth nuncupat, Dameli Cie-lenski in personam Casmiri Kulwin-ski datus.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quia nos habez rationem meritorum
v. R. Fidelis Danielis Cielenski Stipatoris nostri, quæ nobis in arduis
Literibus singulari animi magnitudine præstitit, præsertim verò in Moschouit
ca, ac Lucnica in qua cuspidis ictu graue vulnus in femore pertulit, promittez
esse duximus ut possit et valeat de omni iure suo feudali, ipsi super Koper
Smeth Moyzam sengnie à nobis collato in personam Ernesti Casimiri

Kulwinski

Kulesinski Notary Terrestris Cauensis cedere et condescendere Quam
Cessionem coram Actis quibuscunq; authenticis Regni peractam ratam gratamq;
habituri sumus. Cuius Cessionis vigore predictus Grossus Casimirus Kulesin
ski memoratam Moyzam Koper Smitt ad Baptum in Palcu Vendensis
uie fandi cum Succoribus Lytme, de Lumbis suis descendentj sexus mas
culini procreatis et procreandis cum omnibus ad eandem bona pertinentibus
attinentijs, coloniis, Subditis, agris, pratis, villis, piscationibus, molendinis
tabernis, stagnis, sylvis, hortis, pratis, omnibusq; in genere et singulis in spe
cie fructibus et emolumentis antiquitus ea seruien, et quam longe late circum
scripta à prioribus, possessoribus tenebatur, habebit, tenebit, et possidebit, pendet
donabit, commutabit, non tamen sine nostro, aut Successorum nostrorum consen
su. Promittimusq; nostro, et Successorum nostrorum nomine, nos
eundem, circa ius feudale, vna cum Successoribus suis conseruaturos, neminiq;
amouendi ipsum à possessione dicti Moyze facultatem daturos quod et Suc
cessores nostri facturi sunt. Ratione cuius fandi ea nobis et Reipub
bonera prestare tenebitur, ad que cetera Nobilitas ex similibus bonis est
et in posterum iuxta ordinem Terrarum Liuonie obligata. Iuribus nris
In cuius rei fidem et Sigillis Regni et Magni Ducatus Lithuanie.
Datum Varsouie die vii Mensis May. Anno quo supra.

Notariatus Zembrouien Alexandro Mezenski confertur.

Sigismundus &c Significamus &c Quod cum Dignitarij officiales nec
et Nobilitas Districtus Zembrouien ad electionem Notary Terrestris
Zembrouien Lytme congregata, quatuor ex Equestri Ordine viros huic

Notariatus muneri idoneos elegisset, nobisq literis suis authenticis proposuis-
set, vt in eum in quem nobis videretur hoc Notariatus Terrestris munus morte
Gnosi Nicolai Rosakowski vacans conferremus. Nos Gnosi Alexandri
Mezenski Subiudicis Zembrouien, vnius ex candidatis, uirtutem, probi-
tatem in tractandis negotijs Reipub. spectatam dexteritatem, ac in rebus ge-
rendis integritatem industriamq singularem, iuris deniq patrij, quod ad
rectam muneris huius administrationem requiritur, ac eximiam legum pu-
blicarum peritiam commendatam haben. eidem Officium hoc Notariatus
Terrestris Zembrouien modo praemisso vacans dan et conferen esse duximus
prout quidem damus et conferimus praesentibus literis nostris, cum omnibus
praerogatiuis, iuribus, et obuentionibus, ad hoc Notariatus Officium de
iure et consuetudine spectantibus, ad extrema vitae ipsius tempora vel maio-
ris dignitatis assecutionem tenen et obeun. Quod omnibus et singulis quorum
interest praesertim vero dignitarijs Officialibus ac Vniuersae Nobilitati
Palatus Masouiae notum esse volumus mandantes, vt praedictum Alexan-
drum Mezenski, pro vero et legitimo Notario Zembrouien habeant et agnos-
cant, eiq de loco et omnibus praerogatiuis ad hoc Notariatus Officium
de iure et recepta consuetudine spectan respondeant et responderi curent
Pro gratia nostra. In cuius rei fidem. Datum Varsouiae die Decima
Mensis Maij Anno Domini MDCXXV. Regnorum

Sigismundus Rex.

Pet. Gembicki R. R. S.

Dobrzanscy in iure et possessione Aduocatiae in Villa Lesczyno Captus Praemyslien consisten conseruantur

Sigismundus

v. S.

Sigismundus &c. Significamus &c. Conseruassi nos conseruareq pntibus literis nris
in iure et possone Aduocatiae seu Sculteciae in Villa nostra Lesczyno et
Capitaneatu Premysliens consistentis, Nobiles Michaelem Iwanum An-
dream Dobrzanskich, olim Lucae Filios, ita vizt, ut eandem Aduocatiam
cum duobus laneis agri, et tertio popunali medio aut laneo Kuzminski
dicto Obszarys vulgo Pohoryla Tobocnik Turenkami vocitatis, et ita se in
sua circumferentia extenden prout in Priuilegijs anterioribus ad quae se in toto
referunt descriptum est, praeterea subditis, inquilinis, eorum steriis, laboribus
ad usum valachicum accomodatis, molendinis, trussatilibus, Tabernis hor-
tularis, in eisdem obsaris fundatis, ac alijs obuentionibus, generaliter
omnibus, quae nunc sunt, et in futurum ipsius industria excogitari poterunt
pro sorte et interesse quilibet eorum sine praeiudicio et oneribus Capitanei moderni,
et pro tempore existentis teneat, habeat, et pacifice utifruatur ad extrema vitae
suae tempora. Promitten pro nobis Successoribus, nostris, non esse nos eosdem
ab usu et pacifica possone bonorum praefatorum eorumq attinen amoturos.
sed saluum ius aduitalicium cuilibet pro sorte et interesse suo seruabimus
et Sermi Successores nostri seruabunt. Ipsis vero vita functis non prius
Successores eorum bonis Aduocatiae praefatae cedent, quam summa in illis
inscripta vel ex taxatione Commissariorum nostrorum legitime proueniens ipsis
persoluta fuerit. Iuribus nostris Regalibus Reipubl et Ecclesiae
Catholicae saluis. Et in fidem horum praesentes manu nostra subscriptas
Sigillo Regni obsignari iussimus. Datum Varsoviae die sexta Men-
sis May Anno Dni MDCXXV° Regnorum nostrorum
Poloniae XXXVIII. Sueciae vero XXXII Anno.

Sigismundus Rex. Petrus Gembicki R. M. S.

Confirmo articulorum Contubernij sartorum Oppidi Radziejow.

Anno Domini
Ex. Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Quinto die Septima Mensis May Extradita sunt Literae Confirmationis certorum Articulorum Contubernij Sartorum Oppidi Radziejow cum adiecta clausula in quantum iuri communi non repugnant, de data diei tertia Mensis May anno praesenti 1625. Cum subscriptione Sacrae Regiae M.tis propria et D. Jacobi Budzynski Cancell. suae M.tis Notarij.

Bona omnia post quendam Martinum Smiglig Incolam Calissiensem Joanni Beychowski iure caduco collata

Sigismundus etc. Significamus etc. Quia nos bona omnia mobilia
Ex. et immobilia summasque quasvis peccun. sive paratas sive aliqua ratione obligatas, ubicunque locorum existentes, et apud quascunque personas habita, morte cuiusdam Martini Smiglig, Incolae Calisien. ad nos fiscumque

nostrum

nostrum certis legitimis, de causis iure caduco devolut. Nobili Ioanni Beychowsky, eiusq. legitimis Successoribus, iure perpetuo et irrevocabilis donationis dari et conferri esse duximus, damusq. et conferimus praesentibus Literis nostris, per ipsum iure adeunda, vindicand., acceptaq. tenend., habend., possidend., et in suos successorumq. suorum usus quosvis beneplacitos perpetuo convertend. Quod ad omnium quorum interest, praesertim vero Magistratus Calisien. Civilis, aliorumq. sub quorum iurisdictione bona praefata existunt notitiam deducend. mandamus, ut requisiti a memorato Donatario nostro, vel ipsius mandatario bona suprascripta omnia, illi in realem et actualem possessionem tradant, et assignent, curentq., ut sine quavis mora et difficultate iisdem potiatur. Pro gratia nostra. In cuius rei fidem. Datum Varsoviae die nona Mensis Maij Anno Domini MDC XXV°. Regnorum nostrorum Poloniae XXXIX.

Sigismundus Rex. Pet^s Gembicki R. R. S.

Consensus ad ceden. de Advocatys in Vill. Lubowo et Neblin, Capneatus Drahimen. sitt. Marco Przelomski in personam Nicolai Piotrowski datus.

Sigismundus etc. Significamus etc. Consensisse nos et permisisse consentireq. et permittere praesentibus Literis nostris Nobili Marco Przelomski Peditatus nostri Ungarici Praefecto ut possit et valeat de omni et integro iure suo advitalitio quod ipsi super duas Advocatias in Villa Lubowo, alteram Ex.

....

in Villa Hellin Capitaneatus Drahimen competit, cedere et condescendere illudq in personam Nobilis Nicolai Piotrowski transferre et transfundere. Quæ quidem cessio iurisqz transfusio posteaquam coram quibuscunqz actis authenticis facta et recognita fuerit, nos eam ratam et gratam habituri sumus, Vigore cuius Cessionis præfatas Aduocatias idem Piotrowski, cum agris, pratis, campis, piscinis, syluis, fluuijs, tabernis, molendinis, tum et alijs in vniuersum attinen et pertinen ex antiquo ad aduocatias præfatas spectan cum lacubus libera piscatura, et pro suo subditorumqz suorum vsu Liquorum oim libera coctura tenebit habebit et possidebit ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimusqz pro nobis et Ser^mis Succoribus nostris, quod eundem Piotrowski quoad vixerit ab vsu et possone dictarum Aduocatiarum non amouebimus nec amouen potestatem cuipiam dabimus, sed saluum et integrum ius aduitalicium conseruabimus, Sermiq Successores nostri conseruabunt. Post mortem verò ipsius, non prius præfata Aduocatiæ ad dispositionem nostram Regiam redibunt, donec summa in literis originalibus inscripta vel ex taxa Commissariorum proueniens successoribus ipsius integre numerata et persoluta fuerit. Iuribus nostris &c In cuius rei fidem. Datum Varsouiæ die XXV Mensis Aprilis Anno quo supra.

Sigismundus Rex. Paulus Dembocki.

Successores olim Mag^ci Nicolai Danielowicz à Zurow, Thesaurary Regni tam per Senatu, quam Nuntios Terres quietantur.

v.p. Sigismundus &c Significamus p̄tibus et futuris Vniuersis et singulis

harum notitiam

harum notitiam habituris, Quod cum Blagco olim Nicolao Danielowicz
à Zurow Regni Thesaurario, atq Crasnostawien. Samborien. Prohoscen.
nostro Capitaneo, propter optima in nos et Rempubl. merita Officium thesau
rariatus die xvii Mensis Junij Anno Domini MDCXVI. à no
bis collatum fuit à tempore suscepti officij in quolibet Conuentu Generali
Regni seorsim et sufficientes rationes, tum ex quarta parte Reipublicæ
quam ex contributionibus pretibus, idem thesaurarius fecisset ac postmodum
iuxta requisitionem per ordines Regni Successores eiusdem Blagi Thesaura
rij circa vltimas suas rationes in Conuentu Grlí pratto omnium annorum vide
rent rationes, Quarum vti idoneè et exactè expeditarum vnanimi consensu or-
dinum approbatio facta est, atq intercedentibus ad nos tàm Senatu Regni,
quàm Nuntijs Terrestribus vt generalis quietatio Successoribus olim Blagi
Regni Thesaurarij autoritate nostra Regia daretur - Nos propter ege
gias virtutes et præclara in eodem officio merita consensum nostrum præ
buimus, atq eandem quietationem alacri animo Successoribus eisdem damus
Liberos immunes et absolutos omnimodè facimus perpetuò - In quorum
fidem et maius robur præsentes generalis quietationis literas, manu nostra
subscriptas Sigillo Regni. Datum Varsoviæ die iv Mensis Mar
tij Anno Domini MDCXXV.

Petrus Gembicki R. M. S.

Sigismundus Rex.

Idem ex raone quarta partis per Se-
natum Regni ac Nuntios Terres
quietantur.

Sigismundus &c Significamus pbus quibus expedit Vniuersis Successores nps.

Magci olim Nicolai Danielowicz Starost Regni Thesaurary Cas.
nostanien Sambozien et Drohobicien nostri Capitanei pro debito et munere
suo atq ex prescripto iuris communis fecisse rationem in Conuentu Regni Ge
nerali proxime preterito una cum Deputatis ad exigen quartam partem
prouentuum pro defectione finium Laudatam assignatis, ideoq coram Depu
tatis tam à nobis ex Senatorio, quàm ex ordine equestri designatis. In qua
ratione primo loco posita est retentorum eandem quartã partis ex annis pre
teritis exactorum summa florenorum duorum millium Quingentorum Tri
ginta Quinq et grossorum quatuor atq ex quarta parte ordinaria cap simpla
Anni MDCXXIII redditibus in Anno MDCIV pro festo S. Pen
tecostes solui debita, ex Palatibus Regni percepitos esse demonstrauerunt
florenos Centum Octuaginta sex millia, Quadringentos nonaginta tres,
grossos quinq denarios quindecem cum medio. Ex quarta partis ex Ducali
Prussia prouenientis percepti sunt floreni viginta millia, Summatim percepto
rum quarta partis post Conuentum Anni MDCXX Quarti efficit flo
ren Polon Ducentorum decem nouem millium et Vigint octo grossorum nouem
denariorum quindecim cum medio. Ex qua summa Perceptorum talis distribu
ta producta est. In salaria consueta tam Magci olim Regni Thesaurarij
Deputatorum Capitanei Rauen et Notariorum Thesauri erogati sunt
tus Swiatecki famulus Venerabilis Pauli Piasecki Abbatis
Claustri Tumbae Archidiaconi Varsavien̄ nomine Domini sui por
rexit ad actitandum mandatum infrascriptum manu nostra
subscriptum Sigillo Regni minori communitum quod quidem
mandatum Actis est insertum &c eius est tenor qui sequitur
talis Zygmunt m̄ łaski Bozey Krol Polski Wielkie Kogę
Litewskie Ruskie Pruskie Mazowieckie Zmudzkie Inflandzkie
y Szwedzki Gotski Wandalski dziedziczny Krol Urodzonemu Ja!
nowi Ostrowskiemu Staroscie naszemu Kapinoskiemu Wier!

nam

nam miłemu łaskę naſę Krolewska Urodzony Wier: nam miły po
zwoleliśmy y pozwalamy Wielebnemu Pawłowi Piaſeckiemu Archi
diakonowi Warſawskiemu Secretarzowi naſemu aby na potrze
bę y Opał domowy wioskiei ſwey Rokitna pod Błoniem mogł brać
drwa Leſne albo teſ Olſowe brzozowe y inſe do palenia tylko sposo
bne wpuſczey naſey Kapinoskiei Chcemy tedy y roſkazuiemy aby ś
Wier: T. dopuścił mu wolnego Używania takich drew w tam tey
puſczey dzierżawey Wier: T. pod łaską naſą inaczy mieć nie miał Dan
w Warſawie dnia Piątego Miesiąca Grudnia Roku Tysiąc
Szesc set Dwudzieſtego trzeciego Sigismundus Rex Remigius Za
leski Secretarius Regia Mttatis Quas quidem trás mandati pu
ſertas ad acta Cancellaria nrá minoris suscipi ys inseri atq; inde
authenticum earum rescriptum extradi mandauimus Quibus in
maiorem fidem &c Actum &c Datum Warſauiæ feria Quinta
in Vigilia feſti Omnium Sanctorum Anno quo supra.

Relatio Eiusdem

Famatus Ioannes Buterman H. Marix Szopin consorti iux Qux. dvingentos Taleros Imperiales inscribit.

Sigismundus &c Significamus &c Quod coram nobis &c Actis
s. u. Cancellaria nostra minoris personalr comparens Famatus Joannes
Buterman Sermi Principis Domini Caroli Archiducis Austriæ
Seruitor Recedeń ab omni foro iure &c Iurisditione sua quauis
competeń &c se huic nostræ Iurisditioni quoad actum præsentem
spectat submitteń &c incorporań sanus mente &c corpore existens
palam ac beneuole recognouit. Quia ipsé amore ductus matrimoni
ali erga Honestam Mariam Szopin Cameræ Saeræ Reginalis
Mttatis Dominæ Coniugis nostræ charissimæ seruitricem &c Con
iugem suam legitimam eidem ac ipsius legitimis hæredibus Qua
dvingentos Taleros Imperiales boni argenti &c iusti Valoris quem
libet in specie computań dono perpetuo &c irreuocabili dedit &
donauit prout dat &c donat præseń eandemq; summam in omni
bus bonis suis mobilibus &c immobilis ac summis quibusuis pecu
niarys Ubiunq; locorum existeń inscribit &c assecurat ac se &c dicta

consorti

consorti Suæ nel ipsius hæredibus ad primam requisitionem solutu
rum obligat &t Submittit idq; sub Vadio aliorum Quadringentorũ
Talerorum Imperialium in seipsem in defectu solutionis summæ sub
scriptæ libere assumpto Pro quo quidem Vadio ac ipsa summa essen
tiali si se supraptus Joannes Buterman ad quodcunq; Judicium
&t officium Citare permiserit nel suaores ipsius permiserint ex tunc
in primo Citationis termino tanquam peremptorio iuri parere Sum
mam ipsam essentialem ac Vadium a Judicio non recedẽ persolue
re ac omne iudicatum pati tenebitur &t tenebuntur omnibus
dilationibus &t iuris quibusuis beneficijs semotis Hac sua per
sonali recognitione in præmissis mediante Quam nos Actis Camel
lariæ nostræ inscribi &t ex ijsdem rescriptum authenticum extra
di iussimus In cuius rei fidem præsẽ Sigillo Regni communiri
iussimus Actum &t Datum Varsauiæ feria Quarta post festũ
Omnium Sanctorum proxima Anno quo supra.

Relatio Eiusdem.

Cnosus Andreas Gawronski Sacræ Regiæ Mtis Cubicularius de Sũma Decem Millium florenor polon cedit

Sigismundus ni &c Significamus &c Quod coram nobis &t Actis vig.
Camellariæ nostræ minoris personaliter comparens Cnosus Andre
as Raua Gawronski Cnosi Jacobi Gawronski Castellani Cielu
nen filius sanus mente &t corpore existens. A foro nre Jurisdi
tionecq; quaus propria &t competenti receden hui vero Jurisditio
ni nostræ se se quoad actum præsen attinet una cum bonis om
nibus &t Successoribus suis incorporan &t subjicien palam libe:
re et expressis recognouit verbis Quia ipse de omni &t integro
jure suo vgt de inscripte Castren Capitli Cracovien originaliter
per Cnosum olim Chropherum Komorowski Castellanum
Sandecen Cnosi Georgio Stephano Niemsta de Krzeczyce
super Summam Quindecim Millium florenor polon ratione
dotis post olim Cnosam Telgiam Komorowska filiam suã
coram Actis Capitalibus Castren Cracovien &t per transporta

tionem

tionem Actis Castren Oswiecimen facta & recognita & tantummodo
super Summam Decem Millium florenor pecun polon ob interuenien
& quietationem de Summa Quing Millium florenor ped polonc
se se extenden ac subsequenter per eundem Generosum Georgium Ste
phanum Niemsta in personam sui ipsius recognoscentis actis Capita
nealibus Castren Cracouien absceßa & transfusa una cum omni
bus tam eiusdem inscriptionis originalis quam cessionis seu transfu
sionis predicte conditionibus punctis clausulis articulis vadio ei
dem summe appositis & ligamentisq; vniuersis nec non & de eadem
Summa Decem Millium floren polon totoq; processu Judiciario
ratione non solutionis eiusdem coram quouis Judicio & officio Re!
gni super bonis Zywiec perducto & obtento ac in quouis puncto
& gradu iuris dependen cum totali premissorum omnium proprie
tate nihil iuris Domini proprietatis competentie ex quouis pretex:
tu ac quorumuis usufructuum & vtilitatum ex premissis omnibus
pro se uel suis Successoribus aut alio quopiam reseruando seu excipi
endo sed totaliter et plenarie prout eundem Quosum Georgium
Stephanum Niemsta & se recognoscentem concernebant ac eidem
seruiebant iam ex nunc Sermme Principi Domine Constantie Dei
gratia Regine Polonie Magne Duci Lithuan Russie Prussie
Masouie Samgte Liuoniaq; &c Archiduci Austrie consorti no
stre charissime suaq; Reginalis Maiestatis Successoribus accepta
a sua Maiestate sufficienti pro premissis omnibus satisfactione cedit
& condescendit omneq; & integrum ius suum in suam Sacram
Reginalem Maiestatem ac suas Sacre Reginalis Alttatis Successo
res transfundit transfert & incorporat perpetuo. Ac insuper fa
tus recognoscens mediante quo supra recessu inscribit se vna
cum Successoribus suis de et super bonis suis omnibus mobilis & im
mobilibus summisq; pecuniarijs quibuscunq eidem Sacre Reginali
Alttati ac ipsius Maiestatis Successoribus suam Alttatem & Alttatis
sue Successores in eodem iure cesso summa ac bonis eadem summa one
ratis ab omni impetitione iuridica omnium personarum tam pro
pinquarum quam remotarum nec non inscriptionibus prioribus & po
sterioribus debitis damnis vinculis oneribus Citationibus im
portatis & importandis cuius peruersis protestationisq; quibuscunq
ac cunctis impedimentis iuridicis per omnes prescriptiones Terres

tueri defendere

tueri deffendere euincere hoc idemq; ius cessum bonaq; eadem semper ex-
re et persona sua munda ℔ libera facere indemnemq; suam Mate
statem ℔ sua Maiestatis Successores indemnes reddere ita ut hoc
idem ius cessum summam supraptam ℔ bona eadem Summa onerata
sua Reginalis Altas cum suis Suaoribus quiete ℔ pacifice vigore in
scriptionis presentis cessionarie tenere ℔ possidere queat idq; sub
vadio sui mihis Summa Decem Millium florenor polon in se bona quo-
ius sua prefata ac Summas pecuniarias libere presentibus assum
pto Et in casu non completionis premissorum omnium ac in euen
tu impedimenti illati et non facte emptionis ad soluen ut premissibi
succumben Pro quo quidem vadio succubito Emptioneq; nihilomi
nus semper ℔ vbiq; prestan dum memoratus recognoscens Cita-
tus aut eius Successores Citati extiterint ad Judi sive officium
Capneate Castren Cracouien coram eodem Judicio seu officio
semper peremptorie in primo Juris termino comparere responde:
req; ac vadium prefatum succubitum parata pecunia a Judicio
non recedet soluere ℔ nihilominus eo soluto inscriptionis psenti
et omnibus in ea contentis reiq; principali in toto satisfacere absq;
omnibus dilationibus defensionibus exceptionibus euasionibus
paenabbus in bona sua intromissionibus vera uel simplici infirmi
tate denique motionibus appellonibus earumq; modo quouis prose-
quutionibus ℔ generaliter sine vllis presenti inscriptioni ℔ omni
bus in ea contentis contradictionibus milla denique Terestri prescripto
ne obstante impetrandis nec derogante Hac sua personali recognitio
ne in premissis mediante Quam nos ratam ℔ gratam habentes ad
Acta Camellaria nostra nomine suscipi jussimus inseri atq; eius rescriptum
authenticum ex jsdem extradi mandauimus In cuius ℔ fidem
℔ Datum Carsauie Sabbatho in Vigilia festi Sancte Catherine
Virginis Anno Domini quo supra

Relatio eiusdem

Generosus Zbioneus Gawron
ski eidem Sacre Regiali Mtti
de certa Inscriptione suo ℔ fris sui more cedit.
Sigismundus mi ℔ Significamus ℔ Quod coram nobis ℔ vsq:

Actis Regni

Acts Regni Cancellaria nostra minoris personaliter comparens Ge:
nerosus Fbignens Cacwronski olim Cnosi Andreae Cacwron
ski de Blazna Strzelce haeredis filius sanus mente et corpore exi
stens A foro iure Jurisditionecq quauis propria et competenti
recedeñ huic vero Jurisditioni nostrae sese quoad actum psentem
attinet cona cum bonis omnibus et Succoribus suis incorporam
et subjcien palam libere et expressis recognouit verbis Quia ipse
suo et Generosi Martini Cawronski fratris sui germani pro cu
ius ratihabitione sub vadio infrapto cauet nomine de omni et
integro iure suo et dicti fratris sui vgt insitione Capitaneali
Castreñ Cracouien et per transportationem Capitaneali Castrñ
Oswiecimen Originaliter per olim Cnosum Christopherum
Komorowski Comitem Liptouien et Castellanum Sandecen
Cnoso Christophero de Olstygow Plaza super Summam Vi.
ginti Millium florenor pecun polon modo obligatorio super
bonis ipsius vgt totis et integris villis Spory S, Swinna et
Nowy Rychwald facta et assecurata ac demum per eundem
Cnosum Christopherum Plaza pradicto olim Generoso
Andrea Dauidi Cawronski parenti suo Actis Capitaneali
bus Castreñ Cracouien abscessa et sibi reognti ac pradicto Ge
neroso Martino Cawronski fratri suo vti filijs et successoribus
ltimis eiusdem olim parentis sui tam vigore pradictae cessionis
seu transfusionis quam iure naturalis Successionis seruient e
Cum omnibus eiusdem inscriptionis obligatoriae punctis clausu
lis articulis conditionibus vadio uel vadijs ligamentisq; Vniuer
sis in eadem inscriptione expressis nec non cum parata eorum
dem bonorum intromissione et possessione paratacq; tuitione
ac euictione ab impedimentis omnium personarum emundatio
neq; et pacificatione per pradictum Castellanum Sandecen
nec non Cnosum Nicolaum Komorowskie patrem cum filio
tam ambos coniunctim quam per quemlibet eorum seorsim
pro toto et insolidum eadem inscriptione in se ac Succores
suos libere assumpta Tum de lucris perlucris vadijsq; Tripli
catis super prafato Nicolao Komorowski ratione non exem:
ptionis sui de eisdem bonis obligatis tam in officio quam Su:

diao

dicio Castren Capneali Cracouien obtentꝰ nec non de pœna
banitionis itidem super prædicto Nicolao komorowski in Judicio
Tribunalicio Lublinensi ratione præmissorum per eundem Generō
sum Christopherum Plaza obtentꝰ et ad Judiū Capnle Castrenꝰ
Cracouien ex ui remissiōis ad publicāū remissa ℔ in prorogatione
publicationis eiusdem banitionis dependēū ac de alio toto ℔ inte:
gro seorsiuo processu lucris perlucris per eundem Cnosum Chri
stopherum Plaza super Succoribus eiusdem olim Cnosi Castella
ni Sandecen ratione ademptionis bonorum supraptorū in offi
cio prædicto Capnli Castren Cracouien obtentꝰ in quorus puncto
et gradu iuris dependēū Cumꝙ totali præmissorum omnium
proprietate ℔ prærogatiua omnibusꝙ ℔ singulis bonorum supra
scriptorum fructibus prouentibus reditibus Utilitatibusꝙ atti
nentijs et pertinēū uniuersis nullis penitus exceptis nec pro se
ipso suisꝙ Succoribus aut alio quopiam reseruatis sed omnibus in
genere ℔ singulis in specie comprehensis generi per speciem ℔
e contra non derogāū in totumꝙ ℔ plenarie prout præmissa
omnia tam eundem Cnosum Christopherum Plaza quam etiā
dictum parentem suum modo præmisso comer nebant eadem
seruiebant Sermæ Principi Dominæ Constantiæ Dei gratia
Reginæ Poloniæ Magnæ Duci Lithuæ Russiæ Prussiæ Maso
uiæ Samiæ Luisaq; Archiduci Austriæ consorti nostræ cha
rissimæ ℔ suæ Altis Succoribus acepta à sua Altē propria
missis omnibus plenaria ℔ sufficienti satisfactiōne cessit ℔ con
descendit prout cedit et condescendit præsēū perpetuo Omneꝙ
℔ integrum ius suum ℔ prædicti fratris sui in suam Regina
lem Altatem̄ suaeꝙ Altatis successōr totali ℔ plenarie
transfudit transtulit ℔ incorporauit pront transfundit transfert
℔ incorporat per præsentes Et iam idem recognoscens Cnosus
Zbigneus Cawronski suo et dicti fratris sui nomine eidem
Sacræ Reginali Altati ℔ Altatis suæ succoribus in hoc idem
ius cessum summam præfatam bonaꝙ eadem summa onerata
lucra perlucra præmissaꝙ omnia præsentibus absessa realem
intromissiōū ℔ actualem pacificamꝙ possessiōnem cum præsen

tanco

taneo usufructu quandocunq; sua Altas voluerit uel sua Alta
estatis Suuores voluerint per Illum & Nobiles quem & quos
sibi ad eandem acceptandam elegerint suo et sepefati fratris sui
nomine dedit & admisit datq; & admittit presen Ac insuper
is idem Cnosus Zbigneus Cawronski debet & tenebitur pront
se ac suos suuores de et super bonis suis omnibus eidem Reginali
Altati ac sua Altatis Suuoribus inscribit & obligat presentibus
suam Reginalem Altatem & sua Altatis Suuessores in eodem
iure cesso summa bonisq; eadem summa oneratis & ratione ep
missorum omnium ab omni impetitione iuridica quarumcunq;
personarum status sexus & conditionis cuiusuis existentium ex
re & persona occonegs dicti parentis sui tum et sua ac fratris
sui in omni Judicio & officio Regni toties quoties opus fuerit
tueri defendere euimere & interedere necnon hoc idem ius
cessum summam prefatam & bona eadem summa onerata ta
in toto quam in parte ab omnibus suuibus & inscriptionibus
Citationibus lucris perlucris ac processibus iuris quibusuis pre
sentibus absessis in quouis iuris gradu dependentibus ex re &
persona sua ac suprapti parentis sui emundare & liberare
mundaq; & libera semper facere ita ut hoc idem ius cessum p
missorum omnium sua Reginalis Altas cum suis Succesoribg
quiete & pacifice Vigore insarptionis presentis cessionarie te
nere & possidere queat idq; sub Vadio infrapto Denicq; Pdi
ctus Cnosus Zbigneus Cawronski mediante suprapto relesa
de et super bonis suis oibus ac summis pecuniarys quibusuis
predicte Sermde sue Altati seu sue Altis Suuoribus inser
bit & obligat suuoresq; suos ad id astringit Quod predictum
Cnosum Martinum Cawronski fratrem suum uel illius legi
timos Succesores him & ab actu presenti in decursu Octo Se
ptimanarum proxime & immediate sese sequentium ad Alta
presentia Camellarie nostre minoris ad approbandam presen
cessionem per se ipsum recognoscentem nomine suo facta m
& recognitam statuet idq; ab eo uel ipsius Succesoribus cu
ra & opera suis efficiet Vt ipse frater suus eandem cessionem
omniaq; illius contenta pro interesse suo Vna cum suis suc

cesoribus

cessoribus approbet ⁊ ratam habeat uel aliam huic similem
faciat. In defectu vero si is idem frater suus annos discretio
nis non habuerit ad approbandam eandem cessionem non sit
habilis ex tunc Tutores ipsi de iure seruien vna cum eo adducet
cum quorum assistentia per prefatum fratrem huic presenti in
scriptioni in toto satisfiat. Que omnia ⁊ singula premissa pre
fatus recognoscens sese vna cum Successoribus suis de bonis suis
omnibus completurum inscribit presen sub vadio viginti Mil
lium florenor polon in se suaessores bonaq sua omnia presenti
bus libere assumpto. Pro quo quidem vadio suprascripto in
defectu non completionis premissorum omnium quoties idem
recognoscens uel sui Successores ad Judm sine officium Capnēato
Castren Cracouiense cui se mediante suprapto recessu vna cum
Successoribus ⁊ bonis suis omnibus submittit in eodem Judo
dum ad illud euocabitur in primo Juris termino tanquam pe
remptorio stare comparere vadium prefatum a Judicio non
recedēn parata pecunia soluere ac nihilominus rei principali se
motis quibuscuis in genere dilationibus satisfacere tenebitur
ac sui Successores tenebuntur. Hac sua personali recognitione in
premissis mediante. Quam nos ratam ⁊ gratam habentes
ad Acta Cancellarie nostre suscipi jussimus inseri ac eius resari
ptum authenticum ex jsdem extradi mandauimus In cuius
rei fidem ⁊c Actum ⁊ Datum Varsauie Sabbato in Vigi
lia festi Sancte Catherine Virginis Anno quo supra

Relatio eiusdem

Idem Gnosus Zbioneus Ga:
wronski eidem Sacre Regiali
Maiestati suo ⁊ Gnosi Martini Gawronski
fratris sui nomine de summa 5000 cedit

Sigismundus ni Dei gra ⁊c Significamus ⁊c Quod coram v.g.
nobis et Actis Cancellarie nostre minoris personaliter com
parens Generosus Zbigneus Gawronski olim, Generosi
Andree Dauidis Gawronski de Blagna sterzelue heredis

filius

filius sanus mente & corpore existens ad forum iuris Jurisdictionemque quamus propria & competenti recedens huic vero Jurisdictioni nostrae se sequoad actum presentem attinet una cum bonis omnibus & successoribus suis incorporan & subjacien palam libere & expresis recognouit verbis. Quia ipse suo & Generosi Martini Cawronski fratris sui germani pro cuius ratihabitione sub vadio infrascripto cauet nomine de omni et integro iure suo vgt de inscriptione Capitanali Castren Cracouien & per transportationem Castren Capitali Oswiecimen originali per Quosum Nicolaum Komorowski à Komorow pro tunc Capitaneum Oswiecimen Quoso Georgio Stephano Niemsta de Krzeczice super Summam Quinq; Millium florenor pecun polon facta & recognita et per eundem Quosum Stephanum Niemsta predicto olim Quoso Andrea Dauidi Cawronski parenti suo Actis Capitanealibus Castren Cracouien absceßa & sibi recognoscenti ac predicto Quoso Martino Cawronski fratri suo iure naturalis Succeßionis post predictum parentem ipsorum seruiente Cum omnibus eiusdem inscriptionis punctis clausulis articulis conditionibus ligamentisq; vniversis ac vadio nec non & de summa prefata in eadem inscriptione expreßa Tum de lucris perlucris ac toto processu Judiciario coram quouis officio & Judicio obtentq; in quouis iuris puncto & gradu dependen Cum totali premißorum proprietate & prerogatiua nihil iuris Domini proprietatis competentiae ac quorumuis usufructuum & vtilitatum ex premißis omnibus pro se nel suis successoribus aut alio quopiam reseruan seu excipien sed in totis et plenarie prout premißa omnia eundem Generosum Georgium Stephanum Niemsta et predictum Andream Dauidem Cawronski parentem suum comemebant et seruiebant Serenißimae Principi Dominae Constantiae Dei gra Reginae Poloniae Magnae Duci Lithuaniae Russiae Prußiae Masouiae Samogitiae Liuoniq; &c Archiduci Austriae consorti mae Charißimae & suae Reginalis Mtis Suaeibus acepta à sua Mtate pro premißis omnibus plenaria & sufficien satisfactione ceßit & condescendit prout cedit & condescendit presentibus perpetuo

omneq;

omneq; & integrum ius suum & predicti fratris sui in eandem Sa
cram Reginalem Maiestatem et sua Alttatis Successores totaliter &
plenarie transfudit transtulit & incorporauit prout transfundit
transfert & incorporat presentibus Et iam idem recognoscens
Comes Zbigneus Cawronski suo & dicti fratris sui nomine
eidem Sacre Reginali Alttati & Alttatis sue Successoribus in
hocidem ius cessum summam prefatam bonaq; eadem summa
onerata luera perluera premissaq; omnia presen absceßa rea
lem intromissionem & actualem pacamq; possessiom cum presen
taneo usufructu quandocunq; sua Maiestas voluerit uel sue
Maiestatis Successores voluerint per Nuntium & Nobiles quem &
quos sibi ad eandem acceptandam elegerint suo & scepefati
fratris sui nomine dedit & admisit datq; & admittit presen
tibus. Ac insuper idem Generosus Zbigneus Cawronski de
bet & tenebitur prout se ac suos Successores de et super bonis om
nibus eidem Reginali Maiestati ac sue Alttis Successoribus
inscribit & obligat presentibus suam Reginalem Alttatem
& suas Alttatis Successores in eodem iure cesso summa bonisq;
eadem Summa oneratis & ratione premissorum omnium ab
omni impetitione iuridica quarumcunq; personarum statis
sexus & conditionis cuiuscunq; existentium ex re persona & occa
sione dicti parentis sui tum et sua ac fratris sui in omni Iudicio
& officio Regni toties quoties opus fuerit tueri defendere euin
cere & intercedere ner non hocidem ius cessum summam pre
fatam & bona eadem summa onerata tam in toto quam in
parte ab omnibus iuribus & inscriptionibus Citationibus luciis
perluciis ac processibus iuris quibuscunq; ipsen absceßs in quouis
iuris gradu dependen ex re & persona sua ac suprascripti pa
rentis sui emundare & eliberare mundaq; & libera semper
facere ita ut hoc idem ius cessum premissorum omnium sua
Regnalis Maiestas cum suis Successoribus quiete & pacifice vi
gore inscriptionis presentis cessionarie tenere & possidere
queat idq; sub vadio infrapto. Denicq; predictus Comes
Zbigneus Cawronski mediante suprapto recessu de & super
bonis suis omnibus ac summis pecuniarijs quibuscunq; dicte

Summa

Sermā sua Alttati seu sua Altis Succoribus inscribit & obli
gat Succosq; suos ad id astringit Quod predictum Generosum
Martinum Cawronski fratrem suum uel illius ltimos Succos
bimt & ab alto presenti in decursu Octo Septimanarum prox
me & immediate sese sequentium ad Acta presentia Camella
rie nostre minoris ad approbandam presentem cessionem per
se ipsum recognitem nomine suo factam & recognitam statuet ido
abeo ned ipsius Succoribus cura & opera suis efficiet ut ipse fra
ter suus eandem cessionem omniaq; illius contenta pro interesse
suo Una cum suis Succoribus approbet & ratam habeat ned ali
am huic similem faciat. In defectu vero si is idem frater suus
annos discretionis non habuerit ad approbandamq; eandem
cessionem non sit habilis extunc Tutores ipsi de iure seruien
Una cum eodem adducet cum quorum assistentia per presa
tum fratrem huic presenti inscriptioni in toto satisfiat Cus
omnia & singula premissa prefatus recognoscens sese Una
cum Succoribus suis de bonis suis omnibus completurum in
scribit presen sub vadio Quingq Millium florenō polon
in se suosq bonaq; sua omnia presentibus libere ~~[illegible]~~ sub
pto Pro quo quidem vadio suprapto in defectu non comple
tionis premissorum omnium quoties idem recognis uel sui
Succosq ad Judm sine officium Capitale Castrens Cracovien
cui se mediante suprapto recessu Una cum Succoribus & bonis
suis omnibus submittit in eodem Judicio dum ad illudem
cabitur in primo juris termino tanquam peremptorio sta
recomparere vadium prefatum a Judicio non recedēn
parata pecunia soluere ac nihilominus rei principali semo
tis quibusuis in genere dilationibus satisfacere tenebitur ac
sui Succosq tenebuntur ttac sua personali recognitione in
premissis mediante Quam nos ratam & q ratam habentes
ad Acta Cancellarie nostre suscipi jussimus inseri ac ejus reseri
ptum autsentiam ex jsdem extradi mandauimus In cuius
rei fidem presentibus Sigillum Regni est appressum
Actum & Datum Varsauie Sabbato in vigilia fest

Sancti

Sanctæ Catherinæ Virginis Anno Domini Millesimo Sexcen-
tesimo Vigesimo Quarto Regnorum nostrorum Poloniæ Trige
simo Octavo Suetiæ vero Trigesimo Anno

Relatio eiusdem

Gnōsus Stanislaus Gawroniki eidem Sacræ Regiali Mtāti

de Summa Trium Millium Octingentorum florenorum credit

Sigismundus m̄ &c Significamus &c Quod coram nobis &c Actis Cancellariæ nostræ minoris personaliter comparens Generosus Stanislaus Gawronski Gnosi Jacobi Gawronski Castellani Wielunen̄ filius sanus mente &c corpore existens A foro iure Jurisditionēq; quauis propria &c competenti recedēn̄ huic vero Jurisditioni nostræ se sequoad āctum præsentem attinet una cum bonis omnibus &c successoribus suis incorporan̄ &c subjicien palam libere &c expressis recognouit verbis Quia ipse de toto &c integro iure suo vigt de Summa Trium Millium Octingento rum florenōr pecuniæ polonical sibi recognoscenti per Gnosum Nicolaum Komorowski contractu certo inter ipsum &c se rec gnoscentem inito atq; Actis Castren̄ Capitalibus Cracovien̄ robo rato assecurata &c ob non satisfactionem per eundem Gnosum Nicolaum Komorowski eidem Contractui proueniente quo quidem contractu is idem Nicolaus Komorowski se eidem reco gnoscenti obstrinxerat bona certa vigt villam Zakrzew de ma nibus Nobilis Nicolai Borek pro festo Sanctorum Trium Re gum in Anno Millimo Sexcentimo Decimonono eliberatum̄ &c in possessionem realem sibi recognoscenti dimissurum in de fectu vero eorundem bonorum Zakrzew dimissionis summam præfatam Trium Millium Octingentorum florenōr polonic realiter &c prompta pecunia soluturum prout præfata in scriptio una cum Contractu eodem latius de præmissis dispo nunt una cum eodem Contractu &c inscriptione ipsius robo

ratoria

ratoria nec non omnibus alijs inscriptionibus et contractibus ra
tione eiusdem summæ quomodolibet & vbilibet per dictum Nicolaū
komoronski recognitis & sibi seruientibus totoq; processu Iudiciario
tam ratione non solutionis eiusdem summæ quam etiam ratione
non satisfactionis eisdem Contractibus coram quouis Iudicio seu
officio perducto ac in quocunq; puncto & gradu iuris dependēn
nihil sibi tam ex predicta summa Trium Millium & Octingen
torum florenōr polon quam & predictis Contractibus & processu
reseruān & excipiēn Sermæ Principi Dominæ Constantiæ
Dei grā Reginæ Poloniæ Magnæ Ducī Lithuaniæ Russiæ Pru
ssiæ Masouiæ Samogitiæ Liuoniæq; &c Archiduci Austriæ
consorti nostræ charissimæ & suæ Reginalis Mttatis Successōribus
acepta à sua Mttate pro præmissis omnibus plenaria & suffi
cienti satisfactione. cessit et condescendit prout cedit & con
descendit nihilq; sibi iuris Dominij ac proprietatis ad eam
summam tum et Contractus ac processus ratione præmi
ssorum obtēn reseruān & excipien omne et integrum ius
in suam Mttatem ac suæ Mttatis Successōres transfundit trās
fert & incorporat perpetuo Ac insuper præfatus recog no
scens mediante quo supra recessu inscribit se Vna cum Suc
cessoribus suis, de et super bonis suis omnibus mobilibus
& immobilibus summisq; pecuniarijs quibuscunq; eidem Sacræ
Reginali Mttati ac ipsius Mttatis Successoribus suam Ma
iestatem & Maiestatis suæ Successōres in eodem iure ces so
summa ac bonis eadem summa oneratis ab omni impeti
tione iuridica omnium personarum tam propinquarum
quam remotarum nec non inscriptionibus prioribus & poste
rioribus debitis damnis Vinculis oneribus Citationibus
importatis & importandis lucris perlucris processibusq;
quibuscunq; ac cunctis impedimentis iuridicis per omnes
præscriptiones terrestres tueri deffendere euincere hoc
idemq; ius cessum inscriptionesq; bonaq; eadem semper ex
re & persona sua munda et libera fuere indemnemq;
suam Maiestatem & suæ Mttatis Successores indemnes

reddere

reddere rita ut hoc idem ius cessum summam suprascriptam in
et bona eadem summa onerata sua Reginalis Mttás cum suis Suc
cessoribus quiete &t pacifice vigore inscronis presentis cessionaria
tenere &t possidere queat idq; sub vadio similis summe Trium
Millium Octingentorum florenor polon in se bona quecunq; sua
prefata ac summas pecuniarias libere praseu assumpto Et in
casu non completionis premissorum omnium ac in euentu im
pedimenti illati et non facte Euictionis ad soluen in remissibi
liter succumben Pro quo quidem vadio succubito Euictionesq;
nihilominus semper vbiq; prestan dum memoratus recogni
scens Citatus aut eius Succres Citati extiterint ad Judm
siue offm Capule Castren Cracouien coram eodem Judicio
seu officio semper peremptorie in primo iuris termino compa
rere rndereq; ac vadium prefatum succubitum parata pecu
nia à Judicio non recedeu soluere et nihilomus eo soluto insi
ptioni presenti &t omnibus in ea contentis reiq; principali
in toto satisfacere absq; omnibus dilationibus defensionibus
exceptionibus euasionibus pernalibus in bona sua introni
ssionibus vera uel simplici infirmitate deniq; motionibus
appellationibus earumq; modo quouis prosequtionibus
&t generaliter sine vllis presenti inscriptioni &t omnibus in ea
contentis contradictionibus nulla deniq; terri prescriptione
in premissis obstante nec derogante Hac sua personali recogni
tione in premissis mediante Quam nos ratam &t gratam haben
ad Acta Camellaria nostra minoris suscipi ys inseri atq; eius
rescriptum autsenticum ex ysdem extradi mandauimus In
cuius &t c Datum Varsauie Sabbato in Vigilia festi San
cte Catherine Virginis Anno Domini Mtillmo Sexcente
simo Vigesimo Quarto Regnorum &t c Relatis eiusdem

Gnosus Andreas Gawronski
de iure suo ad bona uilla Ka:
mienna habito eidem Sacra
7 Reginali Maiestati cedit.

Sigismundus

v.g. Sigismundus iii &c Significamus &c Quod coram nobis &
Actis Camellariæ nostræ minoris personalr comparens Cnōsus
Andreas Rauā Cawronski Cnōsi Jacobi Cawronski Castella
ni Wielunēn filius sanus mente et corpore existens & foro iure
Jurisdictioneq; quauis sibi competenti recedēn huic vero nostræ
Jurisdōni quoad actum hunc se se plenarie incorporan & su!
bjcien publice & expressis recognouit verbis Quia ipse de omni
& integro iure suo vigt de inscrōne Castrēn Capneali Oswieci
mēn super bona villæ Kamienna primum per Cnosum Ni
colaum Komorowski Cnōsi olim Andreæ Dauid Cawron
ski modo Donatario Actis Terribus Zatorien originaliter
inscripta ac post mortem eiusdem Dauidis Cawronski in
personas Cnosorum Zbignei & Martini Cawronskich ejusq
olim Cawronski filiorum iure naturalis Successionis devolut
tandem per vnum ex ysdem fratribus vigt Cnosum Zbigne
um Vti natu maiorem suo et prædicti Martini fratris no
mine pro cuius ratihabitione sub damnis Terribus caverat
in personam sui ipsius recognoscentis absceßa cum omnibus eius
dem inscriptionis donatoriæ punctis clausulis articulis &
conditionibus intromissione tuitione euictione emundatione
& pacificatione ligamentisq; Vniuersis & damnis Terrestribus
eidem inscriptioni appositis nec non & de ipsis bonis supra
scriptis donatis in eadem inscriptione specificatis paratague
eorundem bonorum possessione iam ex nunc Serenissimæ Prin
cipi Dominæ Constantiæ Dei gratia Reginæ Poloniæ Bla
gnæ Duci Lithuā Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ
Liuoniæq; Archiduci Austriæ consorti nostræ charissimæ suæq;
Reginalis Mttatis Successoribus acepta à sua Mariestate
sufficienti pro præmissis omnibus satisfactione taliter pet in
se absceßa sunt ac cum toto præmissorum omnium iure Do
minio & proprietate cessit & condescendit prout cedit &
condescendit perpetuo ac cum omnibus præmissorum om
nium fructibus & prærogatiuis Vniuersis nihil iuris Domi
nij proprietatis competentis ac quorumuis Vsufructuum
& vtilitatum ex premissis omnibus pro se uel suis Successoribus

aut alio

aut alio quopiam reseruando & excipiendo sed in totum & ple-
narie prout premissa omnia eundem recognoscentem concerne-
bant et eidem seruiebant iam ex nunc in suam Alteratem & sua
Alterata Successores Una cum lucris perlucris et processibus quibus
uis Judiciarijs quomodolibet ratione eorum bonorum obtentis
et in quocunqs puncto dependen totali & plenarie transfudit
transtulit & incorporauit prout transfundit transfert & in-
corporat Jsentibus Et iam ex nunc idem recognoscens dat
& admittit presen sua Alterati & sua Alterata Successoribus
in hoc idem ius cessum premissorum omnium & bona ipsa
Donatoria presentibus absceßa realem intromissiom & actua-
lem pacificamqs possessionem cum presentaneo Usufructu quã
docunqs sua Alterata voluerit uel sua Alterata Successores voluerint
per Alium quemcunqs sibi ad id duxerit eligen iam ex
nunc sua Alterati additq acceptan per dictam suam Alteratem
et eius Alterata successores hoc idem ius cessum premissorum
omnium cum Juuersis beneficijs & prerogatiuis ac bonis pre-
fatis absceßis cum suis Utilitatibus & emolumentis tenen
haben possiden pacificeqs & quiete Utifruen ac ad Usus
suos & suorum successorum beneplacitos quosuis libere con-
uerten temporibus perpetuis Vigore Jsentis Cessionis Dona-
toriæ ad premissa sibi seruien Ac insuper submittit se ic
recognoscens mediante suprapto recessu de bonis suis genera-
liter omnibus mobilibus & immobilibus summisqs pecuniarijs suis
cum Successoribus suam Reginalem Alteratem ac sua Alterata
Successores in possessione predictorum bonorum presenti Jnscri-
ptione cessorum ab omnibus generaliter personis propinquis
& remotis inscriptionibus prioribus & posterioribus debitis
damnis Juualis oneribus Citationibus importatis & impor-
tandis lucris perlucris processibusqs quibuscunqs ac cunctis
impedimentis Juridicis per omnes prescriptiones Terreseres
tueri defendere euincere bonaqs eadem semper munda &
libera facere indemnemqs suam Alteratem & sua Alterata
Successores indemnes reddere idqs sub damnis Terreshibus

simplici

simplici verbo absq; corporali iuramento taxan & edicen Et
in casu non completionis premissorum omnium ac in eventu im
pedimenti illati et non facte Emichonis ad solven irremissibi
liter succumben Pro quibus quidem dampnis succubitis Emichonis
nihilominus semper vbiq; prestanda dum memoratus recogno
scens Citatus aut eius Successores Citati extiterint ad Judicium
siue officium Castren Capnle Cracouien ex tunc ab omni iure
et foro suo quouis proprio recedeñ illius vero Judicij siue offic
Jurisditioni sesuósq; Successores incorporan & subjicien sub
misit se idem recognoscens & presentibus submittit coram eo
dem Judicio siue officio Castren Capitaneali Cracouiensi sem
per peremptorie in primo iuris termino comparere & respon
dere dampnaq; pretacta Terrestria succubita parata pecunia
soluere & nihilominus ijs solutis inscriptioni presenti et omni
bus in ea contentis reiq; principali totaliter satisfacere absq;
omnibus dilationibus defensionibus exceptionibus cuasioni
bus penalibus in bona intromissionibus vera uel simplici
infirmitate denicq; motionibus appellationibus earumq; emo
lo quouis prosequutionibus & generaliter sine ullis presenti
inscriptioni & omnibus in ea contentis contradictionibus nul
la denicq; Terrestri prescriptione in premissis obstante nec
derogante Quod nos ratum & gratum habentes ad acta
Camellarie nre suscipi ijs inseri atq; eius authenticum
extractum extradi mandauimus In cuius rei fidem pre
sentibus Sigillum Regni est appressum Actum & Datum
Varsauie feria tertia in Crastino festi Sancte Catheri
ne Virginis Anno Domini quo supra

Relatio eiusdem.

Gnosus Kazanowski Capneus
Kokonauensis cum Nobili
Ernesto Korff intercisam certe roborant

Sigismundus

Sigismundus &c Significamus &c Quod coram nobis et Actis Regni Cancellaria nostra minoris personaliter comparentes Cene rosus Sigismundus kazarowski Capitaneus Kokonawsensis ab vna et Nobilis Ernestus Korff nomine Nobilis Nicolai Korff certæ cohortis Equitum nostrorum Præfecti atq; ad infrapta recognoscen plenariam facultatem se habere declarans atq; pro ratihabitione sub vadio infrascripto pro eodem Nicolao korff se se inscribens parte ab altera mente corpore existentes sani re ceden fori iure Jurisditionibusq; quibuscuis propriis &c compe ten huic autem nostræ Jurisditioni quoad actum præsentem attinet se se vna cum Succoribus suis subycien &c incorporan palam libere benevoleq; recognouerunt &c quilibet eorum suo pro interesse recognouit Cuja ipsi intercisam certam seu con tractum per præfatum Cnosum Capneum Kokonausensem et supraptum Ernestum Korff nomine dicti Nobilis Nicolai Korff ratione arendæ bonorum Capitaneatus Kokonausen confect &c consensu nostro approbatq; manibusq; eorundem re cognoscentium subscriptq; ac Sigillo Vnius verog noscentium vi delicet prætacti Cnosi Capitanei Kokonausen obsignatq; Va lioq; Decemseptem Stibium florenor polon quemlibet flo. renum triguinta grossis computan firmatq; de actu &c data diei secundæ Mensis Decembris in Anno præsenti con! scriptq; in omnibus eiusdem interesse conditionibus pun ctis clausulis articulis nexibus ligamentis approbant confir mant &c ratificiant ac se Succoresq; suos de et super bonis suis omnibus &c summis pecuniarijs invicem sibi ipsis ac Succoribus suis submittunt inscribunt &c obligant præfato Interesam præfato Cnoso Capitaneo Kokonausensi &c eidem Nicolao korff seruien tam in toto quam in parte &c in omnibus &c singulis contentis ibidem specificatis mu tuo &c respective prout Vnicuiq; partium ibiq; scriptis

est tenere

est tenere adimplere & observare illi satisfacere idq; sub vadio pre
fato Decemseptem Millium florenō poloñ pereundem Cnosum Capi
taneum Kokonausēn & dictum Nobilem Korff cuius nomine dictus Nobilis
Ernestus Korff inscribit in se bona quaeuis sua & summas pecuni
arias Sucoresq; suos libere presentibus assumpto et in casu non
adimpletionis in toto ac in parte interesse huius eorumq; omni
um qua in se continet tum et contrauentionis inscriptioni ipsen
ti adsolueñ irremissibiliter succumbēn. Pro quo quidem Vadio
ac interesse prefatæ inscriōniq; presenti ac illius contentis in
in toto uel in parte quauis non satisfactiōn Citatā aliqua par
tium ue eius partis Sucoōres per alteram partem eo nomine in
iuriatam aut illius Sucoōres post Curiam nostram Ubi pro tunc
cum ea feliciter constituemur in primo Citationis termino tan
quam peremptorio semotis quibus uis dilationibus infirmita
te pro maiori adquietationem absentia a Regno appellationq
prosecutionibus respondere ac iudicatum pati eidemq; in toto
satisfacere ac non receded a Judicio Vadium succubitum para
ta pecunia soluere et rem principalem exequi omnibus inge
nere & singulis in specie iuris remedys et beneficijs renunci
ando ac insuper is idem Nobilis Ernestus Korff mediante quo
recessu de et super bonis suis omnibus summisq; pecuniarijs
seet Sucoresq; suos eidem Cnōso Capnēo Kokonausēn inseri
bit & obligat. Quod dictus Nobilis Nicolaus Korff presentem
inscriptionem ac eandem interesam per se et nomine suo
factam tam in toto quam in parte minima pro rato & grato
suscipiet ac eam in toto approbabit idq; a eo efficiet quod
eidem Interesse tam in toto quam in parte satisfaciet idq;
sub vadio prefato Decem Septem Millium florenōr poloñ
Pro quo quidem Vadio in casu non satisfactionis premissorū
omnium Una cum Sucoribus suis Citatus prefatus reus
aut sui Sucoōres Citati in Judicio post Curiam vram peremp
torie respondebit & sucorés sui respondebunt terminum
primum tanquam peremptorium & alios inde subsequeñ

nullis

nullis dilationibus appellonibus motionibus et earum prosecu
tionibus subterfugiendo stat sua personali requisitione in[com]mi
ssis mediante Quam nos ratam et gratam habentes ad Acta
Camellariæ nostræ minoris suscipi js inseri atq; inde rescriptu[m]
authentium extradi mandauimus In cuius rei fidem pseri
Sigillum Regnõ est appressum Actum et Datum Varsauiæ
feria Quinta in Crastino festi Sanctæ Barbaræ Virginis An
no Domini quo supra

Relatio eiusdem

Nobilis Thomas Bielecki Plen:

potentem constituit

Sigismundus etc Significamus etc Quod coram nobis et Actis vp.
Camellariæ nostræ minoris comparens personaliter Nobilis Tho
mas Bielecki Camellariæ nostræ Notarius Recedẽ à foro
Jurisdictionẽq; quauis sibi competenti huic vero præsenti quoad
actum hunc supraptum attinet se seincorporan palam libere
et per expressum recognouit. Quia fecit constituit et ordinauit
soleniter præsentibusq; ordinat in suum verum ltimum et in
dubitatum plenipotentem ac mandatarium Suum Nicola
um Covski Notarium Castrẽ Bydgostiẽ absentem tanquam
præsentem idq; in causa et actione adeundi iuris Caduci sine
bonorum omnium mobilium et immobilium summarq; quarum
uis pecuniariarum morte cuiusdam Dominj Mularz certis
ltimisq; de causis ad fiscum et dispositionem nostram Regiã
deuolutõr et per nos ipsi gratiose collatorum. Dans et comedens
eidem plenipotenti suo plenariam et omnimodam facultatem
nomine suo bona præfata iure adeundi ad se recipiendi causas
et actiones quasuis ratione occupationis uel detentionis eorũ
dem bonorum coram officio tam Castrẽ quam Ciuili et alio
quocunq; Judicialiter prosequẽ sententias pro parte sua
latas suscipiendi ab onerosis appellandi appellonesq; prose
quendi amicabilem compositionẽ faciendi et ineundi initæ
adimplẽ (non tamen quietandi quam sibi facultatem reser
uat) aliaq; omnia boni plenipotentis officia adimplendi.

Promittens

Promittens et obligans ea omnia pro rato &
grato quicquid per
prænominatum plenipotentem suum constitutum fuerit citra
tamen dampnum suum in præmissis susceptunum ac inviolabili
ter servaturum Hac sua præsenti recognitione mediante Quam
nos Actis Camellariæ nostræ inseri ac prius extractum ipsius
Sigillo Regni nostri obsignari mandauimus Actum & Datum
Varsauiæ feria tertia in Crastino festi Conceptionis Beatæ
Mariæ Virginis Anno quo supra Relatio eiusdem

Generosus Ioannes a Wachl Plenipotentes ad causas suas constituit.

v.p. Sigismundus &c Significamus &c Quod coram nobis et Actis Camellariæ nostræ minoris personaliter comparens Generosus Joannes a Wahl Serenissimæ Reginalis Alttatis Cameræ Familiaris personaliter recognouit se ad omnes & singulas causas coram quocunque officio & Judicio &c cum quibuscunque personis habitus et habendum specialiter vero in causa occasione iuris Caduci cum Proconsule Consulibus Oppidi Zakroczym &c olim Joannis Kozietulscoti oppidani itidem Zakroczymen quibusdam prætensis iuris acquisitoribus siue successoribus in suos veros & legitimos plenipotentes ordinasset et constituisse præsentibusque constituere et ordinare Venerabiles Gregorium Borastum Juris Utriusque Doctorem Capelanum nrum et Custachium Placidum Nenichen Sacræ Theologiæ Doctorem Cnoßum Paulum Sokolowski Sacræ Reginalis Alttatis Camera familiarem & Nobilem Joannem Rudawski Dans & concedens ydem Coniunctim & diuisim plenam et sufficientem facultatem causas easdem determinan controuersias & decreta exigiendi iuramenta acceptandi de causa ipsa componendi quietandi & omnia quæ boni Plenipotentis officium requirit faciendum alium siue alios vnum uel plures quoscunque pro necessitate causæ et occasione temporis et processus plenipotentes ac prout ipsis commodius videbitur in loci suum substituen sub nexu Plenipotentiæ eiusdem & omni de iuris præscripto meliori forma

& modo

&c modo submittẽ sese quicquid per illos actum expeditumq;
fuevit se illud pro rato &g grato habiturum Quam nos recognitio
nem ad supplicationem partis affectantis actis presẽ Camellariæ
nostræ inseri &c ex eisdem authenticum rescriptum extradi man
dauimus. In cuius rei fidem &c Actum &c Datum Varsauiæ
feria Quinta post festum Conceptionis Beatmæ Virginis Ma
riæ proxima Anno quo supra Relatio eiusdem

Idem Gnosus a Wahl contra Ma: gistratum Zakroczymen protestatur

Sigismundus iii &c Significamus &c Quod coram nobis et Actis vp.
Camellariæ nostræ minoris personaliter comparens Generosus Joan
nes a wahl Serenmæ Reginalis Alttis Dominæ Conuigis nræ.
Cameræ Familiaris solenniter protestatus est in et contra Tama
tos Proconsulem Consules totumq; Magistratum Oppidi nri
Zakroczymen pro eo Quia ipsi non attento debito officiorum suo
rum quibus ad administrandam promptegq; exequendam insticiam
Vnicuiq; stringuntur et tenentur nec attentis lris mandati nri
eo in passu ipsis oblati et traditi temeritate quadam immo vero
odio quodam erga protestantem bonorum Joannis Koziel olim
Ciuis Zakroczymen ad dispositionem nostram deuolutorum Do
natarium nrum tum et causæ ipsius ac donationis prædictæ con
niuen parti aduersæ non habita æquitatis ratione studiose
toties a b eodem protestante exantes requisiti sedulogq; &c officiose
admoniti bona post prædictum demortuum koziel vigore Pri
uilegij nostri eidem seruientia imentare noluerunt &c licetare
sta super eadem bona hocidem officium aueperit &c susiepe
rit custodiam tamen debitam sine eorundem obsignationem
detrectauit &c renuit suspitiones quasdam pestis quasi Zakro
czymi maxime grassantis (cum tamen vix duæ aut tres domus
eadem suspicione tempore eo laborantes inuenirentur) causan
do tabiterq; fabricatis consilijs cum parte aduersa in summum
quidm donationis suæ ipsam donationem eludendo &c oibus
modis ne hæc bona non leuioris pretij &c valoris vacantia ad

Grenb

præsens in fundis summis pecuniarijs & mercantijs variis supellectilig
domestica existentia eidem Donatario nostro obueniant impedienq
Acta quoq; ad causam ipsam pertinen et per eundem Gnosum
protestantem in fauie offioj ipsius specificata extradere quin imo
& producere recusarunt omnia clam et occulte ex cointelligentia
quadam cum parte peragen & jura fisci supprimen. Pro quibus
omnibus solenniter iterum atq; iterum protestatus est offerense
præmissa suo tempore iure vindicaturum Quam nos prætom
ratam & gratam habentes achs Camellarie nostre inseri
& ex ysdem rescriptum authenticum extradi mandauimg
In cuius &c Actum & Datum Varsauie feria Quinta
post festum Conceptionis Beatme Virginis Marie proxima
Anno Domini quo supra Relatri eius dem

Gnosus Gottardus Wilhelmus Buthler Plenipotentes constituit

v.p. Sigismundus m &c Significamus &c Quod coram nobis & achs
Camellarie nostre minoris personaliter constitutus Gnosus Got
tardus Wilhelmus Buthler Camellarie nostre Notarius sanu
mente corporeq; exus receden a terra foro Jurisditioneq; sua
quauis competenti huic autem nostre Jurisdoni quoad actum
presen se se plenarie incorporan & subyecien palam expressq;
recognouit verbis. Quia ipse Nobilem Georgium Tisber & Ex
cellentem Petrum Crabenium Juris Utriusq; Doctrem in Vros
timos & indubitatos plenipotentes suos in causis & actionibus
quibuscunq; sibi cum quibuscunq; personis nominatim autem
cum Illustri Principe Friderico Curlandie & Semigalie Du
ce & Nobilibus Barthdomeo & Eberhardo a Brykien
ratione certorum debitorum interredentibus omni meliori
forma & modo fecit constituit & ordinauit constituitque
& ordinat presentibus Dans & conredens eisdem plenipoten
tibus suis ambobus coniunctim & Unicuiq; eorum seorsum

plenam.

plenam omnimodamq; facultatem prout de iure venerit promoven
di & prosequendi debita eadem exigēn summas leuan et percipiendi ac
leuatis & perceptis quietan atq; omnia que ad bom plenipotentis offici
um spectare videbuntur agendi et exequendi Tribuen insuper ipsis po
testatem plenariam alium siue alios loco sui vnum vel plures prout
necessitas cause postulauerit plenipotentem vel plenipotentes
substituendi. Promittens quicquid per ipsos vel illorum alique
ea in parte actum gestumq; fuerit se illud pro rato et grato
susceptorum Quam nos recognitionem ad supplicationem par
tis affectantis actis Cancellarie nostre misori et authentice extra
di mandauimus In cuius rei fidem &c Actum & Datum Var
sauie Sabbato post festum Conceptionis Beatissime Virginis
Marie proximo Anno quo supra Relatio eiusdem

Gnosus Chropherus Komiec polski Capitaneus Striensis ad causas suas Plenipotentem constituit

Sigismundus m &c Significamus &c Quod coram nobis et Actis v:p.
Cancellarie nostre muneris personali comparens Gnosus Christo
pherus Komiec polski Camere nostre familiaris Striensq; nr
Capitaneus mente corporeq; sanus Renedens a terra foro iure
Iurisdictionq; sua quauis propria & competenti huic vero nostre
Iurisdictioni quoad actum presen plenarie incorporan & suby
ciens palam libere & perexpressum recognouit Cuius ipse No
bilem Albertum Domaracki in suum verum et legitimum procu
potentem & mandatarium in omnibus & singulis causis &
actionibus sibi in quocunq; Iudicio & officio Regni tam ex
Actoratu quam reatu suis cum quibuscunq; personis & occa
sione quauiscunq; verum intercedentibus fecit constituit
& ordinauit cum plenaria & omnimoda potestate alium
vel alios loco sui plenipotentem seu plenipotentes prout cause

exigentia

exigentia postulauerit substituen substitutumq; uel substituros
reuocan Promittens quicquid ab eodem Kobili Alberto Doma
racki Plenipotente suo in prœmissis actum gestumue fuerit id
omne se pro rato et grato suscepturum Hac sua personali reco
gnitione mediante Quam nos ratam ⁊ gratam habentes actis
ysdem Camellariæ nostræ minoris uiseri ⁊ inscribi ⁊ ex ysq
rescriptum authenticum extradi mandauimus In cuius ⁊c
Datum Crazdouiæ feria Quarta ante festum Sancti Thomæ
Apostoli proxima Anno Domini quo supra

Relatio eiusdem.

Magnificus Palatinus Masouiæ consorti sue bona infrascripta iure dotalitio inscribit.

v.g. Sigismundus ⁊c ⁊ significamus ⁊c Quod cum ad supplicationem
Magnifici Andreæ Gorski Palatini Cracouiensis Terrarum Masouiæ
in villa Cierniakow pago nostro Ciazdowien residentiæ ad præ
sens nostra contermina decumbentis Reuerendum Petrum
Dembicki Custodem Gnesnen Decanum Vladislauiensem
Cracouien Varmien Canonicum minoris Camellariæ Regni
Regentem et Secretarium nostrum ad exigiendas a beo cer
tas inscriones ⁊ recognitiones in uniten hac in parte legibus
Regni deputassemus et ad præfatam villam Cierniakow missse
mus is idem deputatus noster rationem deputationis suæ red
dens palam ⁊ publice retulit dictum Magnificum Andream
Gorski Palatinum Masouiæ in Curia villæ Cierniakow de
cumbentem corpore quidem egrum mentis tamen ⁊ rationis com
potem Receden a foro iure iurisditionibusq; quibusuis proprijs
⁊ competen huic autem nostræ Iurisditioni quoad actum præ
sentem attinet sese una cum Suarum bus suis subjacen ⁊ iuror
poran coram se deputato debidem na libere ⁊ benemole re
cognouisse Quia ipse Magcus Helenæ Zamoiska consorti sua

ltimus

lumā totalia et integra bona sua Wierzbno in Palatinatu Blasouien
et Terra Liuen consistentia sibi iure hereditario seu quocunq; alio
seruientia cum omni et integro eorum bonorum dominio ac proprie
tate villis prædijs curijs arcis ædificijs hortis agris campis pratis vi
neis borris gajis nemoribus methonibus hortulanis inquilinis eorūq;
censibus laboribus aquis stagnis piscinis molendinis nec non pecu
ribus et pecudibus in eisdem bonis existen nihil pro se et Successoribus
suis excipien seu reseruan sed prout ipsemet recognoscens Magnificus
Palatinus Blasouia tenuit habuit et possedit prædictaq; bona in
suis metis et limitibus in longum et latum extenduntur ad extre
ma vitæ suprapte Magce Helenæ Zamoiska consorti suæ ltimæ
in quantum post mortem suam ad secunda non transierit vota
dedit donauit et iure aduitalicio inscripsit prout dat donat et
iure aduitalicio inscribit præsentibus per eandem consortem suam
